









Marci Maruli Quinquaginta Parabole.







Iesus christus.M.cccccx.Die.xxij. Augusti.

¶ Thome Nigro Canonico Archipresbyteroq; Spalatensi. Marcus Marulus in domino Salutem.

Quoniam per figuras quasdam / et similitudines veri / Simpliciu animis efficacius influere soleat precepta virtutum / eisdez ego aliquid spiritalis vtilitatis insinuare cupies quinquaginta Parabolas nuper mecum meditando composui / maxime dni nostri exemplo prouocatus / que hoc dicedi genere ad plebe vsuz euangelia testantur. Hunc morem a syris et precipue palestinis in omni fere sermone fuisse seruatum diuus Hieronymus in suo super Mattheum cometario affirmat. Nunc et a nostri tepozis viris religiosis q in ecclesijs ad populum declamant / vsurpari videmus. Istos igit imitari hoc opusculo volui / quod nuc ad te mitto / tuu exigens iudiciu / vt si pbaueris / edere non formide / neq; vllos inuidorum morsus perhorrescam. Si eni vel vni tibi / viro eruditissimo probatissimoq; et ecclesiastica Archipresbyteratus dignitate predito parabole nostre placuerint / satis me ab omni aliorum iniuria tutum putabo. Cum ergo rudi prebecule / id est mei similibus in his loquar / tua mihi auctoritate opus est. vt ab illis quibus scripte sunt / minus grauate suscipiantur. Quanti enim non solum tui / sed etiam exterite faciatj dicerem / nisi verer / ne quis me existimet / hoc quod a te simpliciter postulo / Callide eblandiri velle. Quam obrem rogo / ad proferendam de nostra lucubratiuncula sententiam nihil aliud te moueat / nisi sincera illa animi tui in omnes fides / et in eos precipue quos omni ex parte correctos emendatosq; fieri exoptas. In quoru numero me esse non dubito / ita me amas. Vale.



Tituli Parabolaꝝ

Finis.

¶ De fide christiana. Parabola. j.



Rant puelle tres/quarum nomina hec/ Ueritas Dubietas/Falsitas. His oc/currēs homo quesiuit. vti sibi iter ostē derēt Hierosolymam versus pgere vo/lenti/ ne ignarus erret. Ueritas viam/ q̄ rectissima certissimaqꝫ erat monstra/uit/monens/vt neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad sinistram declinaret si deuiare nollet. Dubietas vero fronte paululum suspensa musitātibusqꝫ labellis ambigere se dixit/an ita esset/ vt veritas affirma bat. Falsitas autem ita esse omnino negauit aliumqꝫ lon ge diuersum tramitem indicabat. Homo nesciens cui de tribus tam varie sentientibus crederet/postq̄ꝫ rogando singularum nomina didicit prudenter pfecto soli verita ti fidem adhibendam esse iudicauit. Igitur iter ingres/sus eo quo volebat peruenit. ¶ Hec parabola fidei est. Qui xpo credunt/nō errant/qꝛ xp̄s veritas est. Dubita/re aūt philosophorū est/qui nihil certi affirmant. Con/traria vero sentire gentilium fuit/non vnum deum/sꝫ plu rimos confitentium atqꝫ colentium. Solus itaqꝫ recti viam tenet/qui veritati/que christus est/ credit. In xp̄m credendo ad celestem hierosolymam/ quo ille ascendit/ peruenit. Ubi sum ego inquit illic ꝛ minister meꝰ erit. Quomodo aūt minister eius est q vel dubitat vel nō cre dit? Talis pfecto infidelitatis minister est/non christi.

¶ De illo qui de fide dubitat. Parabola. ij.

HOmo turrim edificaturus partem fundamenti posuit supra petram/partem supra harenam. Ja/

cto fundamento murum quadrato lapide cum iam satis alte eduxisset / pars illa que in molli solo fundata fuerat/ subsidendo totum edificiũ traxit in ruinam: ita vt etiam pars altera q̃ in petra collocata fortis admodũ solidaq; videbatur/ vna concideret. Quicquid enim ruinosis co hxret/ casu eorum concussum stare non potest. Porro ho mo ille/ cum pene omnia que habebat in extruendo ope re impendisset nequiuit colapsa reparare pecunia deficiẽ te. Tunc demum ad inopiam redactus/ casso dolore gra uiter animo angi cepit/ q̃ in fundamento ponendo parũ prudẽter egisset. ❡ Talis est ille qui ea que fidei xp̃iane sunt/ partim vera esse sibi persuadet/ partim dubitat. In terim licet virtutum cumulandarũ studio multum incũ/ bat: & in finem vsq; vite in eo perseueret / seq; plurimum pfecisse existimet/ & iam ad capienda beatitudinis p̃mia iturum confidat/ postq̃; tñ vita ista defunctus ad alteras trãsmigrauerit/ vehemẽter se deceptum aiaduertit/ seroq; eũ penitet/ cuncta que ab ecclesia recepta sunt/ non pfecte credidisse. Integra enim fides p̃stat virtutibus eterne remuneratiõis meritũ/ nõ ea que aliquo dubietatis scru pulo corrupta habetur. Nam & frugifere arbores/ cũ in aliqua radicis parte lese fuerint/ fructus suos ante matu ritatẽ ad terrã demittunt. Uirtutum radix fides est. ea si quicq̃; titubauerit frustra btẽ immortalitatis fruct⁹ spe/ ratur/ cum scriptum sit. Spes impiorum peribit.

❡ De iudeorum perfidia. Parabola. iij.

Rege absente regnum occupauerat Tyrannus/ Rex plebi seruitute oppresse nuncios misit/ signi ficans ppediem venturum se/ eosq; liberaturum. Uelle tamen hoc ab eis/ donec veniat seruari: vt singulis dieb⁹ clamarent/ Ueni veni qui venturus es. Id quidem ac/ curate diligenterq; obseruarunt/ aduentum expectantes

liberatoris. Ceterum cum tandem rex venisset/ eosq; fugato Tyranno in libertatē vindicasset/ noluerūt credere ipsum esse regem suū: et veluti ille adhuc in expectatione esset/ quotidie clamitabāt / veni veni qui venturus es. Postremo iniuriam pro beneficio referētes cōtumelijs eum, pbrisq; affecerunt/ quē omni cum honore excipere/ omni officio psequi debuerant. Rex iratus iussit militib9/ vt tante erga se ingratitudinis scelus vlciscerent. Homines ergo illi patrijs sedib9 pulsi meritas penas dederunt. Nec tamen sic afflicti ab illo expectatiōis errore resipisci voluerūt. C Hec parabo. iudeo, arguit incredulitatem. Qui cū ob primor, parē, tum culpam libertate exuti/ sub maledicto legis essent/ liberatorem Chrm expectarunt/ quem illis venturum pphete pdixerant. Eius itaq; futurum aduētum quotidianis sacrificijs cerimonijsq; significabāt sed postq̄ venit/ et quecunq; de illo in scripturis pdicta fuerant/ impleuit ipsum esse negarūt/ psecuti sunt/ occiderunt. Occisus reuixit/ et in celum abijt/ solutum mūdum ab ade peccato relinqnēs. Post hec indignatus igrati populi regnum euertit/ et adhuc incredulos ppetua seruitute damnauit. Quor, tñ tanta mentis obduratio pseuerat/ vt omia extrema pati malint/ q̄ ipum confitendo salutē cōsequi sempiternā. Et quoniā non chrm sed antichristum prestolantur/ cum ipso simul peribunt.

C De heretico fidē simulāte vt fallat. Para. iiij.

Lupus vt ouium gregi insidiaret/ ouinā pellem inductus pecudem se esse simulabat. Fraudis inscie oues cōsortium fere non deuitabāt/ eam suū genus esse credentes. Dum ergo parum sibi cauerent/ rapiebantur. Pastor vero / cui ouilis sui multa cura erat/ cū pecudum numer, indies deficere miraret / sollicitusq;

inquireret/ deprehendit lupi dolos. Iacebat ille humi ꝓuolutus / ꝛ pelle tect⁹ aliena/sed caudam sub ea condere nō valens/quis esset apparuit. mox pastoris fuste percussus/dimissa pelle/quam induerat/ vlulando effugit/nec postea est ausus misellas lacessere oues/verbera metuēs pastoris. Quē tāto plus timebat/quāto fortiorē in vulnere sibi inflicto expertus fuerat. ❡ Lup⁹ hereticus est/qui se ouem mētitur/dum nobiscum sentire simulat. Caudam aūt celare non potest/quia sermonis eius finis/cum semꝑ falsum cōcludat/quantū ipse a vero deuiet/ostendit. deniq; vbi cuꝫ aliquo erudito ecclie preside disputatione cōtendens victus discesserit/ veretur iterum cōgredi/ne dum ab eodem euidentioribus adhuc repercutiā argumētis / coram multis confusus cogaē erubescere. Porro oues/que illius preda fuere/ simplices erant/prudentes nō erāt. Ille autē huiusmodi lupoꝝ mortiferos morsus nō timet/ qui non solum simplicitatem columbarum habet/sed etiam serpentis prudentiam. Vis ergo esse a periculo tutus / simplex esto in credendo / prudens in cauendo / dicente domino / Attendite a falsis prophetis / qui veniunt ad vos in vestimentis ouium/intrinsecus autem sunt lupi rapaces / a fructibus eorum cognoscetis eos. Math. vij.

❡ De spe in deo habenda. Parabola. v.

Quidam nauis gubernator/cum in medio mari deprehensus ꝓcellarum vim ferre nequiret / discissis velis / fractoq; remigio ꝛ amisso clauo/ ad anchoram stetit. Iactabatur nauis fluctibus/ fortissimi tñ anchorarij rudentes eam tenebāt/ne scopulis illisa diffinderetur/ꝛ cū ipsis/quos vehebat/periret. Dis alligata tantam tempestatis molē fortiter ꝑferendo superauit. Cum enim reliqua pene defecissent/vna anchora illi sa-

luti fuit. ¶ Hec ē spei nostre anchora/quā si in deo fixā. & locatam habuerimus/nihil in nobis ipsis cōfidentes/ q2 imbecilles/& infirmi sumus/ipsius auxilio sub leua/ ti/superatis mundi huius turbinibus/ portum intrabi
ꝑma.ii mus salutis. Si peccauimus/aduocatum habemus(vt ioannes inquit) apud patrem iesum christum iustum/ & ipe est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris/non ꝓ nostris tm̄/ sed etiam ꝓ totius mundi. Si piculū aliquod imminet/
ps.xc. ab ipo liberari speremus/q ait. Qm̄ in me spauit/ libe/ rabo eū/& ꝓtegā eū/qm̄ cognouit nomen meū. In om ni postremo necessitate nostra opē ab eo sperando dica mus. Tu dn̄e spes mea es in te speraui/non confundar in eternū. Male tn̄ sperat quē peccati non penitet scri/
ps.cxj. ptum est enim. Desiderium peccatorum peribit.

¶ De charitate erga deum & ꝓximū. Para.vj.

Erat cuidam regi seruus/ qui tota animi inten/ tione totis viribus dominum suum diligebat/ & dū in omnibus obsequi illi cuperet/nullū laborem su scipere/nullū vite discrimen adire recusabat. Cūq3 tā3 ardenter amaret/non poterat non etiā omnes conser/ uos suos diligere. Unū quēq3 fratris loco habuit/ quē vna secū regi seruire cognouit. Deniq3 quicqd agebat totum eo dirigere libuit/vt dn̄o suo gratificaret. Unus ille sibi vita charior erat pro illius gloria si milies mo/ ri posset/milies mori vellet. Rex igitur tantam erga se fi dem/ tam singularem beniuolentiam remunerare vo/ lens primū ei post se dignitatis locū tribuit ceteris ip3 preferens a quo plusquam a ceteris diligi se intellexit. ¶ Talis est omnis/qui mandatū illud implet/Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo/ & ex tota anima tua/et ex totis viribus tuis & proximum tuum sicut teipsum. Qui multum dilexerit/ multum diligetur. Nihil pro/

deest turrim edificare virtutum/ si fundamentum nō po/ sueris dilectionis. quicquid illa non sustentat totum id ruere necesse est. Quia sine dilectione deo placere nō pos sumus. Deus autem charitas est/ & qui manet in charita te in deo manet & deus in eo.

¶ De diligendis inimicis. Parabola. vij.

Mirum in modum quidam rosarū odore delecta/ batur/ cū q3 illas non satis caute iniectis rosario digitis carperet earū aculeis manū cruentauit. neq3 tñ idcirco minus auide naribus applicatas odorabat. Id cernēs alius Miror te inquit/ rosas diligere/ que te tam fede leserunt. Ad quem ille si ob hoc ipsas reiecissem re spondit/ nunquid ista suaueolentie iucunditate perfrui possem? Has ita q3 equo animo ferā a quibus plus volu ptatis q̄3 iniurie capio. ¶ Hec parabola docet iuxta euā/ geliū & īimicos diligere. Diligite inquit dñs/ inimicos matth. vestros benefacite his qui oderunt vos/ & orate ꝓ perse/ v. quentibus & calūniantibus vos vt sitis filij patris vestri/ qui in celis est. Cum ergo incōparabiliter plus boni in hoc existat/ vt simus filij dei q̄3 mali in quauis hominu3 iniuria/ diligamus inimicos. Nunq̄3 illi tantum obesse nobis possunt dum oderint/ quantū prosunt si diligant. Pungunt quidem eorū iniurie/ sed repēsum ꝓ iniuria beneficiū odorē eterne remunerationis fragrat. Filij eni erimus dei patris/ si inimicos dilexerimus. Inimicū aūt diligere est ita ei nos cōmodare/ vt nō tam sui corporis rationem/ q̄3 anime habeamus. Videndū est eni/ ne cui liberiorem peccandi licentiam nostra pstet indulgentia. Sic ergo amemus inimicū vt corrigatur. Et si hoc effice re non possumus/ saltem ne deterius peccet.

¶ De pace cū alijs & secū habenda. Para. viij.

FUit aliquando annus/in q̄ nihil aduersi/sed oīa leta sensit humanū genus. nō grando vineta lesit/non rubigo frugibus nocuit/non reliquos fructus aliqua celi intēperies vexauit. suis tēporib⁹ fluxit imber/ventiq; flauerunt. ne in mari quidem quisq̄ vllius tēpestatis passus est iniuriam. Prosperis nauigationibus vsi naute maria oia leti pcurrerunt. Bella quoq; p id tēpus conquieuerant. In summa/aureū illud seculū a poetis decantatū tūc redisse nōnulli credidere. Quid sibi vult istec parabola? quā rem tam felici anno cōparabim⁹? ¶ Talis ē pfecto bonoꝝ inter se hominū pax/ talis mutue concordie tranquilitas. quā non turbat cōtentio/nō ingerat lis/non diuellit inuidia/ non dissipat ira/nō fallit maligne mētis callida simulatio sed iungit cōsensus/ligat bñficium/mulcet comitas/sustentat simplicitas/ꝛ vera sinceraq; perpetuo fouet amicitia. Tu aūt qui cū altero habere non potes pacem/tecum habeto. Concordet in te cū ratione voluntas/ cū volūtate cōueniant opa/vt nihil omnino neq; optes/neq; facias/ qđ deo displicere possit. Sed qđcūq; ille monuit/precepit/iussit/hoc tu p viribus perficere cures. Audi pphs. i
118 tam dicentem/ Pax multa diligentibus legē tuam/et non est illis scandalū. Hāc pacem si habueris/nihil tri-
Ad ro. i ste senties/Apostolo testante qui ait/ Sim⁹ quoniam
viij. diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Itaq; etiam illa que aduersa putantur sibi proderunt.

¶ De ijs qui chr̄m sequūt/ꝛ q mūdū. Para. ix.

PAstor optimus cū vidisset gregem suum macie cōfectum/scabie morbidum/vagum dispersūq; ꝛ lupoꝝ faucibus expositum/vehemēter de salute eius sollicit⁹/ad paschua magis herbida tutioraq; oues suas traducere decreuit. Itaq; pspiciens vltra collē quē-

dam aditu difficilem vixq; puium amenissimam pate/re planiciem/in qua nihil omnino/qđ reficiendo peco/ri necessarium foret/ desiderabatur/viam audacter in/gressus collē illum tandem supauit/toto corpore spinis cruentato/pedibusq; inter saxa diruptis/vsq; adeo se ip/sum cōtēpsit/vt gregis saluti cōsuleret. Tūc demū3 cla/more multo repetitisq; sibillis post se euocare pecus ce/pit. Hinc ex ouibus quedam ad eu3 festinātes/nec scru/pee semite asperitate/nec dumis pungentibꝰ deterrite/ qūo poterāt/pastoris sui voce3 vestigiaq; sequebātur. Quedam vero difficultatibus offense subsistere/ibi po/tius perire preoptātes vbi primū cōsederāt/q̄3 per tri/bulos ꝛ vastas rupes pastorem insequendo ad locum salubriorē fertilioreq; trāsire. ¶ Parabola ista corpus respicit ecclesie/ cuiꝰ caput est chr̄s. hic miseratꝰ huma/num genus primoꝝ parētum culpa disperire/ Pastor eternus ad oues venit/mūdi huius angustias pati vo/luit/vt hoīes de angustijs eriperet peccati. effuso ī ter/ram sanguine necem sustinuit/vt nos viuificaret. resur/gens a mortuis celū ascendit. inde vt se seq̄mur clamat dicens/ Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis/ Math. ꝛ ego reficiam vos/nō pane terreno neq; cibo corrupti xj. bili/sed pabulo īmortalitatis epulisq; beatitudinis eter/ne. Ea vocātis vox alijs ta3 dulcis est/ vt dum ipsu3 adi/re cōtendūt/itineris asperitatē ne sentire quidē vident spe tā īmensi boni/qđ a dño accepturi sunt/ sustentati. Alij autem econtrario/nec vocem pastoris audire vo/lunt/nec quanta sibi promittant attendere/terrenarūq; rerum curis impliciti celestia contemptui habent. Proinde relicto vite pastore necesse est eos fame sitiq; perire/nihil in se habentes quo recreentur/ꝛ cu3 ierie/rint ad inferna delabi/nunq̄3 de ascensu cogitantes/ in quo saluari potuissent. Dum ergo breuem modicūq; laborem subire nolūt voluptatibus dediti /penas pati

ingentes atq; eternas coguntur. Talis vite exitus illos manet/ qui mūdū magis/ q̄ȝ mūdi dominum diligunt.

¶ De seculi cōtēptoribus amatoribusq;. Par. x.

Q Uidam dū piscarent/ alij in mari magnos optimosq; pisces capiebāt/ alijs in littore stātibus algam tantum colligere cure erat. Et hi qdē omniū stultissimi reputabant dū inutiliter laborare putarentur. At vero postq̄ȝ algā illā miscēdo euertendoq; auri massam inuenissent/ apparuit nō esse stultos / q multo plus luci i fecerant in alge collectiōe / q̄ȝ illi alteri in piscium captura. ¶ Hec parabola parti ad amatores seculi/ partim ad cōtēptores ptinet. Seculi amatores in mari fluctuāt/ q2 bona instabilia diligūt. Seculi aūt cōtēptores in littore stant/ q2 illa dūtaxat que firma stabiliaq; sunt/ consequi affectant. Seculi amatoribus placent diuitie/ honores/ luxuria/ libido/ ceterēq; voluptates/ prospera etiam valitudo/ vires eximie/ sensus integri/ forme venustas/ 7 reliqua corporis bona / q̄ nemo sapiēs concupiuit. Seculi vero contemptoribus q2 nihil bonū existimant / nisi virtutē/ per quam eterna bona comparant / his potissime rebus animū applicant/ que ab illis ignaris rerū estimatoribus veluti vilia contemnunt. Pauptate vtiq; nō diuitijs delectant/ humilitate nō honoribus/ cōtinentia 7 castitate non luxuria neq; libidine/ 7 honestis laboribus non turpi voluptate. mentē quoq; sanam a deo sibi optant non corpus/ animi cōstantis robur non virium/ vite integritatem nō sensuum/ puriq; cordis nō forme pulchritudinē/ 7 ea q̄ spūs sunt nō carnis. Quā ob rem insanire quidem mundi hominibus vident. sed postq̄ȝ hac sctā stulticia celestē thesaurū assecuti fuerint/ tūc demum perspicuum fit/ eos solos fuisse sapientes/ qui mundo stulti videbātur/ 7 e diuerso illos

vere fuisse stultissimos/ quos misidus in primis sape iu/
dicabat. Sicq; in his dictũ illud apostolicũ impletur/ Cor.p
Stulta mundi elegit deus/ vt sapientes confunderet. ma.j.

¶ De seruis dei/ et seruis dyaboli. Para. xj.

Duo reges erant contrarie penitus inter se natu/
re ppositiq; diuersi. Alter seruos suos die vna oĩ
bus affluere faciebat delitijs/ ita vt nihil ab eis desidera
ret / quod caro concupisceret. reliquo vero vite tempo
re omni prorsus voluptate exutos nunq; conquiescere
sinebat/ semper infestans/ semper ab eis penas exigens
magis q̃ dici queat atroces. Alter e contrario per diẽm
vnum suos multum vexabat/ sed deinceps p omnes re/
liquos bona cuncta illis ad votũ suppeditabat. ¶ Quis
adeo imprudentis ingenij est/ vt nesciat/ cui regũm isto
rũ seruire magis expediat? Duo reges/ deus et demon
sunt. regnat hic sup peccatores/ ille dominatur iustis.
Malus demon eos qui sibi seruiunt/ q̃diu viuũt in de
litijs habet cũ decesserint/ in eternum cruciat. Deus au
tem seruos suos vite huius tempore/ qđ qz breuissimũ
quasi dies vna est in angustijs laboribusq; uexari gau/
det/ vt postea vere beatitudinis bonis felicitet sine fine.
Quis ergo vsq; adeo rõnis inops est/ q non potius eli
gat deo seruire/ vt p breui labore felicitatis eterne pmia
capiat/ q̃ dyabolo ancillari vt p breuibus delitijs nũq̃
fineđa subeat supplicia? Quid hac vita breuius? quid
eternitate/ plixius? et tamen (o humanarum mentium
cecitas) q̃ multi reperiuuf/ qui sibi poptent breuem vo
luptatem cum infinitis cruciatibus / q̃ breuem labo/
rem cum quiete sempiterna. Malunt hic parump gau
dere et illic postea in inferno semp tribulari/ q̃ hic mo/
dicum fatigationis ppeti/ et postea illic in celo semp leta
ri/ semp bonis omnibus perfrui. Fugiamus/ quantum

possumus istorum dementiam/ et domino deo nostro tota mente totisque viribus seruiamus. Quod si fecerimus/ ipse/ quo nihil est maius/ erit merces nostra. Quia in deo manebimus/ et deus in nobis.

¶ De illo q̄ ꝓpoīt monachū ꝓfiteri et cūctaf. Par. xij.


Quidam quotidie iactāter predicabat/ se nauim onerariam sibi fabricaturū/ daturūq; operā mercature/ ita vt speraret/ breui se in primis diuitem fore. Multum in deliberādo temporis cōsumpsit/ dū alios consulit/ cuius potissime opa in fabricāda naui vteref/ quibus in siluis aptiorē ad id materiaʒ cederet/ quantum ferri ad contignationem nexusq; compagum satis esset/ vnde rudentes/ vnde vela essent cōparanda. Deniq; prius q̄ȝ opus ceptum esset/ perquisiuit/ quis bonus gubernator/ qui naute ꝓstantissimi haberētur. Cunq; oia didicisset (vide hominis insaniam) nihil horꝝ egit/ que ꝓposuerat. atq; eodeʒ ocio/ quo talia tractabat/ inutiliter cōsenuit. neq; peculiū suum/ vt ꝓmittere solebat/ auxit/ sȝ iminuit. ¶ Tales ꝓfecto et illi sūt qui iuxta euāgelium relinquere omnia et christo ſuire sepe decernunt/ nū q̄ȝ incipiunt. Quicq̄d sibi in religione seruādum sit ante ediscunt/ et cum se ad eaȝ rem satis expedierint/ semꝑ restat aliquid/ q̄d excusēt/ quo se impediri dicant. Hoc autem fit/ quia semiplenam hn̄t charitatē. Quā si ꝑfectam haberent/ nihil timerent. Charitas enim foras mittit timorem. Quid vereris o homo/ ne tibi victus aut vestitus deficiat/ si deo seruieris/ et non vereris/ si seruieris mundo? Deseri ab illo formidas/ qui volucres quoq; pascit/ et terre flosculos varijs vestit coloribus/ et in mūdo/ qui nisi ab eodem sustentaretur/ statim rueret confidis? Querite inquit Math. vj. primum regnum dei et iustitiā ei9/ et hec oia adijcietur vobis

vobis/ ꝛ tu tibi aliquid defuturū putas? Idē alibi ait/ Tollite iugū meum super vos/iugum enim meum suaue est/ꝛ onus meum leue. Quid ergo illo inuitante/illo hortāte/qui solus potest omnia/iugum eius subire cunctaris? quid procrastinas? Nulla tāti ē libertas/quāti seruitus christi. in qua vna certissima spes ē felicitatis eterne. Tu igit̄ qui iam in lumine vite pfectioris pedem posuisti vide ne referas/sȝ audacter ingredere. Nemo deo seruiuit/ꝛ deceptus est: nemo mūdo/ꝛ non cōquestꝰ est.



De illo qui de monasterio redit ad seclm. Par. xiii.

Quidam in plebe minus q̄ꝫ satis diues peregre pficiscens longinqꝫ regionis regem adijt. Inter aulicos receptus cum bene laudabiliterqꝫ suo fungeretur officio/breui charissimus regi/eiusqꝫ beneficijs omnium opulentissimus euasit. Ceterum ad illa que reliq̄rat/mentem reflectere / ꝛ eadem iam felicioris fortune oblitus cōcupiscere/eoqꝫ redire velle/ vbi natum ꝛ educatum se recordabatur/cepit. Cunqꝫ in dies cresceret sibi ad suos reuertendi cupiditas/ domum tandem repetijt/ꝛ pristine vite statu diu vsus / cum postremo vidisset / inter municipes suos multo sibi minus ꝛ rei ꝛ honoris esse/ q̄ꝫ apud regem fuerat/grauiter ingemiscēs dementie se ipm̄ incusabat/ q̄ magnā fecisset iacturam/ tū hec quibus olim assuetus fuerat concupiscēdo / tum illa que nup sibi parauerat dimittendo. Hec est eoꝝ parabola/qui seculū relinquētes monasteriūqꝫ ingressi celesti regi ministrare incipiunt/ꝛ iam virtutibus diuites facti/qbus ante carebāt/pristinarū voluptatū quas abiecerant recordatione retrocedunt/ꝛ ad seculū vnde venerant redeunt. Post hec animo aliquantulum resipiscentes erroris conscientia dolent/ q̄ de tutissimo salutis portu iterū mortiferis mūdane vanitatis fluctibus



se cōmiserint. At tu qui tam pniciosum periculi genus cupis euitare quoties veteris vite cogitationib⁹ sollicitaris/ toties confige illas diuine cōtēplationis telo / armis orōnis pime/ & ieiunioꝝ frigore cōcupiscētie ignē extingue/ nec in te viuere finas/ quod te per blādimenta in mortem impellit. Noli ad seculum respicere/ qui in monasterio deo seruis. noli egyptias ollas concupiscere qui māna celesti & pane pasceris angeloꝝ. Quid ad vomitum recurris vt canis? et rursum in volutabro luti sordidari festinas vt sus? Aratrum tenens/ et respiciens retro/ non est aptus regno dei. Quod si qua te tuoꝝ qui in seculo sunt/ cura reuocat/ audi tibi dicentem dñz/ Dimitte mortuos sepelire mortuos suos/ tu me seq̄re. Hoc deniq; certo sciās/ & absq; vlla hesitatione verissimum credas/ neminez fuisse vnq̄/ quem in monasterio perseuerasse peniteret/ neminem/ qui se ad seculum redisse non aliquando deleret. matth. viij.

¶ De impari merito paris bonitatis monachi et secularis. Parabola. xiiij.

Pagi cuiusdam colono iam etate fracto duo liberi erāt/ ambo agriculture studiosi. Sed alter secedens a patre sui iuris factus alter cuz patre manēs/ paterne se totum potestati dedit. Ambo pari labore in predio colendo occupati erant/ pariq; amore obsequebātur patri/ sed tñ impari frugum ꝓuentu abūdabāt cuz multo plus colligeret/ qui pr̄is imperio subiectus fatigabatur/ q̄z qui suo se exercebat arbitrio. Huiusce rei que cā esset cum seniores pagi illius interrogarentur/ responderunt/ Patrem plus ei filio debere/ qui se sua spōte patris suuz fecisset/ q̄z qui libertate adhuc vteretur licet & ipse de patre benemeritus esset. matrē autem omniū esse tellurem/ que oīes aleret. ¶ Hec

parabola hoc modo explanāda mihi videtur. Omnes quidem nos per fidei adoptionem dei ⁊ ecclesie filij sumus. Sed si ab ea quesierimus/cur monachi ⁊ seculares/cum eque in excolendis virtutibus desudarint/ nō equalia merita sint? non ne respōdebit/ plus ei se debere/qui deo pri obtulit in sacrificio cum virtutibus libertatem/ q̄ꝫ qui solas donauit virtutes? Ello vterqꝫ seruet ea que religiōis sunt/alter tn̄ ita se subiecit/ atqꝫ ligauit/vt nunq̄ꝫ sibi fas sit/ab obedientie/ castitatis/ paupertatis voto resilire/alter vero q̄uis deo non minꝰ obsequens sit nondum tamen pro dei amore alioꝝ etiā imperio se subdidit. sed in eo adhuc manet/ vt quāuis castitatem seruet/nō tamen ita ne cōnubio illaꝫ si velit/ mutare sibi liceat. Q̄uis etiā paup viuat/non tn̄ ea lege/ne vnq̄ꝫ in vita diues esse possit/ neqꝫ ea cōditione/ vt quātulūcūqꝫ possidet/cōmune cum alijs sit/si nolit. Quisquis ergo tuoꝝ operum vberiorem fructū pcipere cōcupiscis/desine esse tuus/totum te patri trade deo/nihil in te reserua/quod mūdus dicere possit esse suū. Qui vult post me venire īquit/ abneget se metipsum/⁊ tollat crucem suaꝫ/⁊ sequatur me. Ille se metipsum abnegat/ qui nullum sui ius sibi relinquit/ sed se totum perpetuo alterius dedicat voluntati. matth. xvj.

¶ De fugienda feminarum consuetudine professoribus castitatis. Parabo. xv.

Quidam in sicilia montem ethnam flāmas eructātem cum inscenderet/ igni ppior factus ardoré sentire cepit. tuꝫ quo pximior flagranti iugo accesserat/eo magis estuabat. Postremo cupiditate scrutandi nature secreta tam vltra processit/vt cinere pruinisqꝫ repentina quadaꝫ montis respiratione veluti vento effusis inuolutus periret. Qui vero pcul inde con-

fidentes huic spectaculo aderant vt viderũt qđ conti/
git detestati sunt hominis temeritatẽ qui tam pñti peri/
culo vitam cõmittere ausus fuisset nulla cõpulsus ne/
cessitate. Quã obrem ipi retrocessere: atq; ad tuciora
loca: vnde vix fumum portẽtosi ardoris cernere vale/
rent rapti se se transtulerũt. ¶ Huius parabole simili/
tudinem facile explicari poterit qui nouit inquanto a/
mittende castitatis versentur piculo qui se vltro inge/
runt aspectibus feminaꝝ. Illis arridere/cum illis cõ/
fabulari illas tangere ethneis ignibus ꝓximare est.
Tunc si licentior intercesserit familiaritas libidinis in/
cendijs cõflagrabit sanctioris propositi pudor: ⁊ turpi
seruire incipient luxurie: qui ante seruierãt christo. Qui
vero a mulierum cõsuetudine quãtũ potest: procul se
fecerit: ⁊ non minus eis q̃ȝ siculis illis ardoribus acce/
dere veritus fuerit semp cauens piculum quod mul/
tos perdidit/hic demuȝ animi corporisq; integritatem
quam deo vouit letus offeret. et angeloꝝ consortium
merebitur in celo qui Angeloꝝ vitam vixit in terris.

¶ De ijs quos tentatio superat / et a quibus su/
peratur. Parabola. xvj.

REx exercitu in aciem educto ꝓposuit victorib⁹
premium/victis penam. Cum hoste congressi
preliabãtur diu dubio marte pugnatum est. Qui tãdeȝ
obnixius ptinatiusq; restitere vicerunt. In his tamen
quidam sepe humi effusi rursum resurgendo decerta/
bant: ita vt eosdem a quibus deiecti fuerant/supararẽt.
Qui vero per ignauiam hostibus cessere plurimi inuẽ/
ti sunt. Quoꝝ alij cũ primũ acriter obstitissent postre
mo pugnandi tedio magis q̃ȝ vi aliqua supati manum
aduersarijs dedere. Alij vero ante pugnã transfuge fa/
cti iugum subiere inimicorum. De his qui victi sunt/

regi tandez redditis suppliciuz sumptum est. Illis aūt qui cum victorie laude rediere triūphus datus / ꝛ cum rege simul cōsidendi ꝛ cōuiuendi loc⁹. ¶ Hec parabola nos omnes respicit / quibus in hac vita assidue pugnā/dum est: ꝛ vt vincere valeamus nūq̄ꝫ cōquiescendum. Qui semper fortes sunt semp vincūt virtutūqꝫ armis muniti nullū in se vitio locum relinquūt. Qui ꝑstrati resurgūt: hi sunt quos peccati penitet / ꝛ post lapsuꝫ cau/tiores facti malaꝝ cupidinum laqueos diaboliqꝫ insidi/as vitant iustitieqꝫ cōseruande studio intenti vitam feli citer finiunt. Sed qui victi sunt / cōcupiscētijs frena per/mittūt ꝛ per voluptatum abrupta ꝑcipites in foueam perditiōis corruūt. Malunt seruire diabolo / q̄ꝫ eius in festationi repugnare. qui neminez vincit / nisi vinci vo/lentem. Ex his q cuꝫ multo tpe cōstanter ac strenue de/certassent / postremo succubuere illos intelligimus qui cum vitam bene laudabiliterqꝫ instituissent / non vsqꝫ i finem ꝑseuerarūt. Et qm̄ militia est vita hoīs super ter ram fortib⁹ post modici tpis labores qui es eterne bea titudinis in celo cōfertur. Ignauis vero ꝛ luxurie dedi tis post breuissimas huius mūdi voluptates tormenta ignis inextinguibilis irrogant. O quanto igitur quan diu hic viuimus ꝑferendus est ocio labor mollitudini vite rigor delicijs asperitas et breuiter vitio virtus.

¶ De diaboli piscatione. Parabola. xvij.

Piscator callidissimus cū varij saporis escas trā/quillo mari effudisset / multa piscīū genera vno superiecte funde sinu cōphendebat / cōprehensos ma/ctabat. Si qui aūt illoꝝ anteq̄ꝫ retiaculū in sicco trahe/retur maculis illis quibus implicatus fuerat sese expe/disset / fuga salutem petebat. Post hec malebat herbis que in imo fundo nascuntur secure pasci / q̄ꝫ ꝑdulces

cibos illos / qui in fumo fluitarent / cuz piculo rapere.
¶ Piscator hic diabolus est. Uaria voluptatū gēa ppo nit hoibus quos fallere querit. Supbis offert inanis glie iactantiam auaris illicitum lucrum / lasciuis nefa rios cōcubitus / inuidis aliene fame suggillationez / gu losis crapulam / iracundis nocendi appetitum / ociosis ignauiam inutilemq; torporem. Cunq; talibus blandi mētis incautos lactauerit / captos pimit. Morti enim eterne destinatos ppetuo cruciat. Porro siquis añ mor tem laqueis eius per penitentiam se se liberauerit / me/ mor in quanto salutis sue discrimine versatus sit / ma// uult hūilitate deijci / egestate premi / caste viuere / omēs diligere / Jeiunijs extenuari / iniuriam remittere / in bo nis opibus quotidie exerceri / q̃ȝ in oibus corporis vo luptatibus perfrui. Quarum breuem dulcedinem / sub sequitur eterni supplicij amaritudo. Quisquis autez vitio aliquo ex his / q̄ supra memorauimꝰ delectat / diabo li hamo captus est. Peribit nisi priꝰ q̃ȝ pereat / penitētiā egerit / ꝛ q̄ voluptate illectus cōmisit / dolendo deleuerit.

¶ De diaboli aucupio. Parabo. xviij.

Aucceps in medio campi posita noctua / sepibus quaque versum fusis / pulchreq; virescentibus septem virgas visco illitas apposuerat ad auicularum capturam / ipsas e pximo nemore stridula sibilatiōe cō/ uocando. Ille mirabunde circa noctuā volitare / ꝛ i ae/ re pendule ludere virgis postremo insidere tenacibꝰ. Quaꝝ alie ita penitus inheserūt / vt accurentis aucupis manu capte perimerētur. Alie tam leuiter / vt ante q̃ȝ ca perentur inde expedite auolarent / aucupemq; elude// rēt. ¶ Aucceps iste Diabolꝰ ē. Noctua que iocūda qua dam gesticulatiōe aues ad se allicit / corpori nostro blā / diens voluptas est. Hac illecti visco septem capitaliuz

peccatoꝛ cōpꝛehendimur: alius vana superbit elatione/ alius feruet iracundia alius pecunie cupiditate trahit/ alius fornicatione soꝛdescit/ alius toꝛquetur inuidia/ alius ventri/ alius ocio indulget. Sed qui longa assuetudine in aliquo hoꝛ vitio imersus contabuit/ vix vnq̄ erigitur. In eo itaq; pseuerans maligni aucupis hui⁹ manu pꝛemitur/ atq; interimitur. Qui vero non vsq; adeo puicaci mente obduruit/ criminis cōscientia idētidem remoꝛdetur/ ꝛ moꝛes per penitentiam emendat. Peccata relinquit/ ac saluti sue consulens operi accingitur virtutis. Auidis ergo diaboli faucibus elapsus/ eum a quo deceptus fuerat decipit. Quē eni; ille delinquentem suam putabat pꝛedam/ coꝛrectum dimittere cogitur. Quisquis ita se coꝛrectū senserit/ deo gratias agat ꝛ cum pꝛopheta concinat dicens/ Anima nostra sicut pascer erepta est de laqueo venantium laqueus cōtritus est et nos liberati sumus/ adiutoꝛium nostrum in nomine domini/ qui fecit celum et terram. ps. cxxiij.

De diaboli in suos suos īpietate. Par. xix.

Est quidam Tyrannus pꝛe ceteris impius atq; crudelis. Illos eni qui sibi omni ꝓsus obsequio famulātur/ omni studio parent/ in vincula tandem coniectos ppetuis afficit suppliciis/ veluti si semper suo noi infidi infensiq; extitissent. Rebelles autem ꝛ inimicos ire finit illesos/ quinimo blanditiis lactat/ benignitate allicit/ vt cum sibi suire cepint/ ꝛ ipsos repente perdat. Non eni aliis nocet/ nisi quos sibi amicos fecerit/ adeo puersi animi est maligneq; nature. Tyrānus iste diabolus est/ note impietatis. Ei sane obsequūtur ꝛ obtēperant/ qui vitiis suiunt. Quid eni ille aliud ab hoibus exigit/ nisi vt supbiant/ oderint/ rixentur/ crapulam impudicitiamq; sequantur/ rapiant decipiant/ detrahant/

occidãt/mala deniqȝ oia cõmittere ne dubitẽt neue erubescant? Et id quidẽ non vt remuneret sue morem gerentes voluntati: sed vt interimat. Qui vero contraria his agunt/ eis nocere oino non potest: nisi cum dolo aliquo seducti a ꝑposito colende virtutis descivierint. Tũc enim ꝛ ipsos callide sibi conciliatos mittit in interitum sempiternum. Demus igitur operam/ si tuti esse volumus/ vt diabolo semper aduersarij simꝰ amici nũquã.

¶ De quinqȝ sensuũ pugna. Parabo. xx.

Erat metropolis noĩatissima/ Irenen vocabant/ in qua cum sũma aĩorum trãquilitate degebat. nihil discors nihil turbulẽtũ aderat. sed in via que ad eam ducit/ quinqȝ diuersi generis bestie insederãt/ oẽs quidem magnaꝝ viriũ horrendeqȝ ferocitatis. Cum his certãdum erat/ cuicunqȝ ad pacis vrbem transire collibuisset neqȝ oĩno nisi ferarum victoribꝰ dabatur accessus. Qui vicerãt/ reliquũ vite tẽpus iocundeqȝ agebant. victi beluinis morsibus atqȝ vnguibꝰ laniabant. tantũqȝ incõmodi succũbentibus accedebat/ quantum vincẽtibus glorie. ¶ Nobis texitur hec parabola: Cũ quinqȝ corporis nr̃i sensibus assidue nobis pugnãdũ est: ꝛ ita pugnandum vt vicamus: si celestis btitudinis pace frui volumus. Uisus/ Auditus/ Odoratus/ Gustus/ Tactus/ vim menti nr̃e ingerũt: ꝛ ad illicita ꝓuocant. si assenserimus malaꝝ cupidinum morsu dilacerati pibimus. Sin vero fortiter constanterqȝ repugnauerimus ratiõis freno carnis appetituꝫ cõpescẽtes/ innocentie atqȝ virtutis cõseruate merito vere pacis patriã ingrediemur vbi perẽnis viget cõcordia/ idissolubilis charitas/ indeficiẽs leticia/ incomparabile bonum: felicitasqȝ sempiterna. Hic luctandũ est: vt illic requiescamus. hic vincendum/ vt illic coronemur. Queratur

ergo bello pax/que non nisi bellando inuenitur. Sem/
per tamen dei auxilio nobis opus est/vt vincamus.

❡ De penitentia ⁊ obstinatione. Para. xxi.

Quidam patri familias duo liberi erãt: qbus ille
ingentia quidẽ contulerat beneficia: sed multo
maiora adhuc se collatuꝝ spoponderat/tanto eos amo
re complexus/quãtus in nullo fortasse alio patre erga
optimos filios queat reperiri. At ipi oim ingratissimi
nec paternoꝝ erga se bñficioꝝ/ nec sue prorsus huma/
nitatis memores: ꝓ bono malum/pro charitate odiuꝫ
referre cepere / monita eius nõ audire/iussa cõtemne/
re/⁊ ei a quo geniti/a quo sic dilecti fuerant / iniuriam
irrogare/nec lingue/nec manibus tẽperãtes. Patien/
ter ille tollerare oĩa/⁊ vt tandem resipiscerent hortari.
Postremo si deinceps ab offensis cessare vellẽt sibiqꝫ
obtemperare/quicquid hactenus in se deliquissent/eis
cõdonatuꝝ se ꝓmisit/multoqꝫ potiora bona ꝓbituruꝫ/
q̃ꝫ ad eam vsqꝫ diem indulsisset. Sin vero in malis pseue
rarent/non iam pijssimi parentis clementia vsuꝝ/ sed
seuerissimi iudicis functuꝝ officio / neqꝫ oĩo passurum
male ꝑpetrata impune abire. Quã enim vindictã tãta
non mereatur ingratitudo? Cõmouit plane alterũ ex
filijs cum mira p̃ris benignitas / tuꝫ future pene / quã
ille denunciabat/metus. atqꝫ ad genitorẽ suũ ꝯuersus
corãqꝫ prostratus/flens gemẽsqꝫ. Talia inquit in te cõ/
misi pater/vt iam non sum dignus vocari filius tuus.
Unum oro/ꝑterita delicta mihi remittas/⁊ cuꝫ futuro
cõpenses obsequio/qđ post hac me tibi spõdeo ꝑstitu/
rum. Ex templo iste veniam meruit/amplexu osculoqꝫ
exceptus a patre/⁊ cum illud quod pollicitus fuerat/se
dulo impleᷝsset/ heres factus bonis omnibus affluere
cepit. vsqꝫ adeo ꝓfuit ei mores vitamqꝫ correxisse. At

vero alter magis arrogantis animi ꝑteruitate obduratus nec promissis allici/nec minis potuit deterreri. et quom nunq̄ ab inueterate malicie proposito discedere voluit/patre post diuturnā patientiā in indignationē tandē concitato meritas tanta obstinatione penas dedit/ nō mō ab eo exheredatus/ vex etiā teterrimo carceri vinculisq; eternis traditus. ¶ Hanc parabolā magis apertam esse reor/q̄ vt expositiōe indigeat. Quis eni ignorat/deum patrem nobis in filios adoptatis et multa bona cōtulisse/et plura promisisse? Nos vero erga eū nō solum esse ingratos/sed et iniurios/dū neq; que iubent facimus/neq; que ꝓhibent cauemus? Et tñ ille pientissimus dñs non cōtinuo delinquentes punit/ sed vt corrigamur expectat/ Si penitentiam agimus/veniam indulget/et eterne btitudinis efficit participes. Obstinatos autē celesti hereditate indignos iustus iudex in infernum deijcit cruciandos. Et cum hoc ita sit/quis tā sibi ipsi infensus est vt nūq̄ eum deliquisse peniteat? nec iam quātū potest/maturet per vite emendationem vitare supplicia beatitudinē promereri? Nolo inquit dñs mortem peccatoris/sed vt conuertatur et viuat.

¶ De penitētia et cōfessione. Parabo. xxij.

Imperator quidam singulari pietate insignis/ cum plurimos in ciuitate conspiceret/qui leges quas ipse tulerat/minime obseruarent/noluit cōtinuo adulciscēdum scel⁹ animū cōuertere/sed interim aliā rogauit legem/vt siquis suo ore se deliquisse fateretur/ veniam precatus impetraret. soli autem penā penderent/qui crimen confiteri/et impunitatem cōmisso flagitio poscere neglexissent. Nouerat ille quidem omēs eos qui deliquerāt/neq; necesse erat/vt aliquid ex ipsorū cōfessione disceret. Sed hoc idcirco exigebat/vt illi

se ipsos accusando ostenderet/quantum de perpetrata cul pa doleant/quantu de perpetranda cauere decernat/ vt scili cet sponte susceptus peccatorum dolor dolorem supplicij/ qui peccatibus debebatur/ submoueret/ fontesq; ad ino centie statu penitentie merito reformaretur. ¶ Talis in ecclesia lex dei est. Nihilq; factu facilius penam peren/ nem vitare volentibus q̃ʒ vt eos et peccati peniteat/ et fa/ teri peccata non pigeat. Non hic pecunia exigit/ non peregrinationis labor/ no nauigationis periculum/ non mundane militie studium/ non aliqua exterior corporis fatigatio/ absque impensa/ absq; mora pagi potest qd iu/ betur. Linguam tm moue vt confitearis. Cor vt doleas/ animum vt caueas/ et omni prorsus aiaduersione liber euades/ imo et mercede que iustis promittit dignus. Ceterum mirandum ne magis an lugendu sit nescio/ cu penitere et confiteri nemini non in promptu sit no pau/ peri non egroto/ no morboso/ non longa etate iam de/ crepito seni/ esse tn aliquos/ qui ne hoc qinde pstare no lunt. penamq; illam/ omnibus que hic inferri queunt/ acerbiorem/ subire malunt q̃ʒ a delinquendi obstinatione resipiscere/ tam in se ipos crudeles/ q̃ʒ erga clementissi/ mum legis latore deu iniqui. Hec ergo parabola illos respicit/ qui penitentie confessionisq; sacramentum ex diui/ na largitate fideli populo indultum contemptui habent. Et si id quia peccare delectat agunt imprudentissimi sunt cum no aiaduertant/ neq; q̃ʒ breuis ista delectatio sit/ neq; q̃ʒ longa illi succedat tormenta/ vtiq; quorum nullus finis. Sin vero quia qd in oculto commiserint/ nemini manifestu volunt/ valde ridiculi sunt/ Ut quid eni robur est ea homini reuelare/ que deo spectante non puduit fa cere? ea vni nunc confiteri/ que nisi confiteare oibus postea nota erunt in die iudicij? Dicente Naum propheta iij. Ecce ego ad te dicit dns deus exercituu et reuelabo pudenda tua in facie tua/ et ostenda in gentibus nuditate

tuam: et regnis ignominiam tuam. Quāto igit̄ melius est: quāto optabili⁹ nūc vni sacerdoti cōmissa dicere: hisq; expiatis celo se dignum p̄stare q̄ȝ tunc vniuersis nō modo hoībus: verum etiā Angelis manifestuȝ fie ri: et qd̄ icōparabilit̄ peius ē eternis mācipari supplicijs.

¶ De futurorum bonorum malorumq; contēm platione. Parabola. xxiij.

Rex quidam in omni laudis genere p̄stantissim⁹ omniumq; que desiderari queūt locuplex / lege decreuit ita vnūquēq; Ciuiuȝ suorum donis honoreq; affi cere si illis dignum inuenisset: sin contra in exiliuȝ per ē ne relegare. Itaq; q̄sdam exp̄statiōribus in ciuitate reti nuit: vt vna secum regni bonis fruerētur feliciterq; vi uerent. Reliquos in prima insula cōsidere iussit atq; ibi agros colere opibusq; fructuosis se exercere: vt eo labore transferri ad ciuitatem mererenē. Si qui auteȝ ignauie dediti voluptatē corporis q̄ȝ laboreȝ sequi ma luissent ad vlteriorē insulā fedam / squalentem feris ra pacibus et mortiferis anguib⁹ plenā deportarētur exi lio nunq̄ȝ finiendo. In insula ergo in qua primitus po siti fuerant: alij propositum sibi premium affectātes rele gationēq; timētes nauiter operi incūbebant. Alij vero ociosam vitam actitātes iocis risibusq; tēpus terebāt / p̄ntiūq; voluptatum illecebris deliniti / nihil de his que futura erant cogitabāt in eo pūtarat sibi beatitudinem cōstituentes: qd̄ mox relinquere cōpellebātur. Illi aūt quibus mens sanior erat semper futura que nullo fine cōcludūtur: meditantes oīm prorsus p̄sentium rerum delectationē assumebāt. Erāt eo loci duo scribe. Quorū alter probitates oīm alter vitia cōscribebāt. Rex igit̄ quotidiē aliquē de turba illa ad se euocatuȝ quid ī vita egisset inquirebat, aderāt scribe pro illo stabat qui be

ne facta eius conscripserat. Sed qui peccata notauerat: acriter accusabat. Tunc homo ille aut pmium aut exilium ex snia regis accipiebat. ¶ Parabole hui⁹ itelligētia hec est. Rex ꝛ iudex nr̄ est Christus ciuitas paradisus. Qui cū rege bonis eternis pfruunt. Angeli atq; sctōꝝ anime sunt. Insula in qua nobis laborādum est: terra mortalium est. In hac qui propositā sibi vel beatitudinē vel miseriam contemplantur ocia fugiunt voluptuosam vitā detestant libenter laboribus exercent quibus ꝛ bonū futurum cōsequi: ꝛ malum vitare sperant. At vero illi quibus nulla est neq; paradisi neq; inferni consyderatio psentia tm̄ curāt carni fuiunt: ꝛ pecudum more quicquid voluptatis queunt capere festinant nulla equi honestiue ratione habita nullo vel premij desiderio vel pene metu suscepto. Ubi autem ad finem vite puentū est ad tribunal christi quisq; accesserit sistitur. Animam illius Angeli benefacta recēsentes defendunt: demones delicta exprobrātes criminātur. Judex si virtutes vitijs victas viderit: mestam ad inferna relegat: sin virtutibus vitia superata cognouerit letā ac gestiētem btōꝝ cōcilio adsciscit ꝛ bonis felicitat sempiternis. Quibus certe si digni effici volum⁹ magnitudinem eorum atq; gloriam iugiter meditemur. Non potest terrenis voluptatibus mens illici celestium contemplatione occupata.



¶ De librorꝝ seculariū lcōne. Para. xxiiij.

Bonus agricola maturis messibus cum areā repleuerit totum simul aceruū verberat atq; contundit. Post hec paleas a frumento separans hoc sibi colligit in horrea illas pabulum iumentis relinquit. ¶ Haud aliter agēdū existimo lraꝝ studiosis quoties vel gentilium vel nr̄oꝝ euoluerint libroſque in vtilia

sunt respuát. que vero bene viuendi institutionem iu/
uare queût/ excerpant. Non est vitium oīa legere/ sed
sine delectu omnibus delectari vitiuꝫ est. Omnia pro/
bate inquit Apl'us/ quod bonum est tenete. Et domi/
nus in euangelio Zizania cum tritico colligere iubet/
sed hoc vsui seruare/ illa igni vrenda tradere.

℃ De instantia orationis. Parabo. xxv.

Quidam pauptate cōpulsus mendicare cepit.
Et primo hostiatim pané ptens abūde sibi ali/
menta cōparabat. deinde diuituꝫ cōciliabula circūiens
non modicam colligebat pecuniam. Igitur elemosinis
tandem diues factus dicere solebat/ medicos pri⁹ opor/
tere fieri/ qui diuites euadere cupiūt. ℃ Hec parabola
orare nos admonet/ ꝛ quasi medicos in omni loco om
niq; die sublatis in celum manibus deum deprecari/ si
pane illo vesci volum⁹/ qué gustando nūq̄ꝫ esuriemus/
si opibus illis ditari/ quas nec fur surripe/ nec tinea pō/
test corrumpere. Petite inquit/ ꝛ accipietis/ q̄rite ꝛ in/
uenietis/ pulsate ꝛ aperietur vobis. Quid ergo cūcta/
mur? ipe iubet poscere/ qui solus potest dare/ ꝛ nisi pa/
ratus esset tribuere/ postulare non pcepisset.

℃ De elemosinarum fructu. Para. xxvj.

Rex iustissimus vsuras lege interdixit ꝛ tñ fenera/
tores diligebat. Qui videlicet soli sibi nō alijs fe
nerarent. Multi itaq; offerebant illi decem/ ꝛ recipiebát
centum/ quantoq; plus impendebant/ tanto plus multi/
plicato fenore lucrabant. Sed nemo a rege vsuras exige
Puer. re poterat qui non ante aliq̄d tribueret. ℃ Hec parabola
xix. elemosine fructū commēdat. Qui eni miseret pauperis
Lu. vj. (vt ait scriptura) dño fenerat. Date inquit/ ꝛ dabitur vo/

bis/mensurã bonã z confertã z coagitatam z supeffluen tem dabunt in sinũ vestrum. Nullum isto lucrosius vsu re genus est/z a paucis exercet. Nullũ illo damnabilius quo homines obligant/z multis in vsu est. Tanta est eni in plurimis terrene opulentie cupiditas/ vt celestis the/sauri pariat obliuionem. Cuius quidem thesauri pciũ qui recte consyderauerit facile cetera oĩa contemnet.

¶ De auaricie vitio. Para. xxvij.

Quidã domi sue largo igne delectatus ligna lignis cumulando magnum conflauit incendium. ita vt domius quoq; flammis repẽte crescentibus correpta cõflagraret. Quo incendio ipe etiam circundatus nec effu gere valens perijt. ¶ Talis est omnis auarus/q cumulãdarum opum nulla congestione satiatus. quantum põt aceruo addere nõ cessat. Ceterũ dũ fenore/rapinis/frau dibusq; minus abstinet (ceca eni auaritia est/ in oĩa illici ta impetu ruit) penã que talib⁹ debet/ elabi nullo modo põt. Et cũcta que congregauerat relinquere/ z gehenne incendia nudus subire compellit. Talis quippe erat ille de quo in euangelio dictũ est/mortuus ẽ diues/z sepult⁹ est in iferno.

¶ De malorũ consortio fugiendo. Par. xxviij.

Fullo z carbonarius conducta domo vna habita bant. Sed quicquid fullonis cura candificass; ex pollissetq; /hoc totum carbonuz iuxta iacẽtiuz contrecta tio nigram diffundens puluisculi fuliginem deturpabat Iaz nemo fulloni pannos credere/nemo inertiam eius non culpare. Cũq; nullum artis sue questũ facere cepis/set/contubernalis exercitio puocatus ad Carbonariam animum conuertit. Igitur de fullone factus z ipe Car/

bonarius/ misere vitam sustentauit. tantum illi mali cō/
tulit abiectissimi sibiq; diuersi artificis commune habi/
taculum. ¶ Hec parabola docet perditoꝝ hominū con
suetudinem probate vite viris esse perniciosissimā. Nā
cum affectus nostri ad malū magis q̄ ad bonum proni
sint modicum fermentum totam massam corrūpit. Pau
latim ad eorum transferimur prauitatem/ quorum con/
sortio vsi fuerimus. Unde Apostolus ad Thessalonicen
Scđa ses scribens. Abstinete vos inquit ab omni fratre ambu
iiij lante inordinate. Fit enim plerūq; vt cuius quis vel col/
loquio vel conuictu delectatur: eius imitetur & mores.
ps. xvij Hoc ꝓpheta testat̄ dicens. Cū sancto sanctus eris. & cū
homine innocente innocens eris & cū electo elect⁹ eris
& cum peruerso puerteris. Qui ergo innocentie sue mū
ditiem integram illibatamq; conseruare desyderat flagi
tiosorum cōsortia deuitet. & sui similiū accessib⁹ copulet.

¶ De ociositate cauenda. Par. xxix.

Quidam ocio ignauieq; deditus paupertate grauā
ri cepit angebaturq; animo se inopem factū: nec
tamen excitari ad agendum aliquid poterat quo sibi vi/
ctum cōpararet. Somniauit se thesaurum reperisse quē
auide sinu collectum pressis (vt sibi videbatur) manibus
astringebat. Mox autem cum euigilasset excusso sinu ni
hil inuenit. Iterum & tertio eodem visu ludificatus deū
suppliciter petijt vt tandē aliquādo vero somnio inopie
sue subueniret. Responsum accepit/ si voti compos fieri
vellet vero labore exercere: meminisseq; ociosi eē som
niando rem querere. industrij vigilando atq; ideo quidē
alterum nihil facere lucri alteꝝ multum. ¶ Hec parabo
la satis aperte ociosorum arguit stulticiam. Quibus cū
omnis labor molestus sit mirantur q̄ vite necessarijs in
digeant. Sed sicut hi nullo negocio intenti frustra aliq̄d
adipisci

adipisci sperant/ ita et illi profecto/ quibus religiose vite fatigationes fastidio sunt inaniter se beatitudinem cõsecuturos cõfidunt/ licet ijs que lege veritas sunt/ satis abstineant. Quod si attenderent/ quod seruo illi in euangelio contigit/ Qui sibi creditum talentum nihil lucratus dño suo restituerat nullam fortasse corporis inquietudinem declinarent nullo labore lassarent. Quid enim infelicius illo qui manibus pedibusq; vinctis mitti iussus ẽ in tenebras exteriores/ vbi fletus erit et dentiũ stridor? Tale ergo meretur pmium qui tempus ad bene agendum datum nihil agendo cõsumit. Declina a malo. Spiritussctũs inquit et q2 hoc non fuit satis/ necessario subiũxit et fac bonitatem. ps. xxxiij.

¶ De mendacio vitando. Par. xxx.

Quidam fingere solitus dum incederet q2 repentino lapsit crus confregisset/ edito eiulatu opez aliorum vt sublevaretur implorabat. Multi miserando protinus accurrebant erigebantq; iacentez. at ille mox inde exiliens chachinansq; se illis illusisse iactabat. Plurimis ita deceptis vanitas hois iá fere nota erat/ cũ forte cõtigit vt in itinere pede lapidi incusso cõcideret/ coxáq; vehemẽter elideret/ nec se se attollere valeret. Idcirco humi puolut⁹ frustra vt adiuuaref diu clamitauit nullo non putáte id illũ sicuti consueuerat de ridiculi causa simulare. Tũc demum intellexit q2 male sua sibi cessisset simulatio/ cuz ibidem aut moriendum foret nemine opem ferente aut soli se erigendum. ¶ Hec parabola nos admonet/ ne mẽdatijs assuescamus. Nam etiam cum vera narrabimus/ nequaq2 verbis fidem pstabit quisquis ante fuerit deceptus. Ab illo maxime mendatio declinandũ est quo vel vera religio puerti posset vel proximus offendi. De eiusmodi genere mendatij dictum est/ Os quod mentitur

occidit animam.

¶ De alijs non iudicandis. Par. xxxi.

Rusticus omnium insulsissimus asellum vna cum oue in pascuis relictum cuꝫ non inuenisset / ab oui cula putauit deglutitum / ꝛ in furorem versus fuste proti nus arepto male acceptam delumbauit atqꝫ abijt. Post/ ea ne saltem pellem humano vsui aptam perderet / eodē loci rediens asellum qui duduꝫ aberrauerat iuxta pascē tem reperit / ꝛ mirabundus ac stupens. Ecce mihi inquit castigata ouis asellum / quem comederat viuū euomuit. ¶ O ridiculum ꝛ plusqꝫ rusticane fatuitatis hominem. Quis vnqꝫ audiuit iumentum aliquod ouino ore vel voratum vel editum? Ceterum hec parabola eo spectat / vt credamus / non minus desipere eos qui dubijs in re/ bus certam pferunt sententiam / cum dominus clamet ꝛ

matth. vij. dicat / Nolite iudicare / ꝛ non iudicabimini. Nolite cōdē/ nare / ꝛ non condemnabimini. In quo enim iudicio iudi caueritis / iudicabimini / ꝛ in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Non qꝫ ꝛ ipsi peruerso iudicabuntur iudicio. (Iustus est enim dn̄s ꝛ rectum iudicium eius) sꝫ qꝛ merito damnandi sunt / qui alijs immerito detrahere non verentur.

¶ De victus moderatione. Par. xxxij.

Duo rustici suum quisqꝫ iumentum onerauerant frumento ac vino iter habentes vrbem versus / vt his ibi diuenditis pecuniam secum referrent. Sꝫ vnius iumentum plus iusto pondere pressum pre lassitudine vix incedere poterat / gradatimqꝫ in via corruendo remo ratus nequiuit eo peruenire quo dn̄s volebat. Hic ergo nihil emolumenti adeptus tristis ac merens in via rese

dit/ quem etiam latrones inuadentes despoliatum tru/
cidarunt. Alter vero cuius iumento tãtum oneris impo
situm erat/ quantum ferre poterat ad nundinas in tem/
pore occurrens plurimũ lucri fecit/ letusq; et incolumis
domum rediit. ¶ Hec parabola parti parasitis ganeoni
busq; partim victu modico vtentibus canitur. vt appa/
reat quantum vtrorũq; sors inter se distet. Illi qui escu/
lentis poculentisq; supra q̃ satis est ventrem inferciunt/
iumentum plus equo onerant. Proinde tardi ad bonũ/
proni ad malum/ identidem in flagitia ꝓlabendo beati/
tudinis eterne mercedem amittunt et ad tormentorum
loca protinus deuoluti demonum pernitiosissimorũ/ hu
mani generis latronum afficiũtur iniuriis. Nempe hoc
illud est/ quod in euangelio a veritate dicitur/ Ue vo/ Lu. vi.
bis qui saturati estis: q̃m esurietis. Qui vero nõ plus q̃
nature necessitas postulauerit ventri indulgent hi iumẽ
tum quantum ferre preualet onerant. Inde rõnis com/
potes appetitũ frenant vitiis abstinent virtutum que
stu ditantur et ad celestem patriam hylares redeunt iaz
nunc q̃ non beati futuri. de his enim dictum est Beati q Lu. vi.
nunc esuritis/ quoniã saturabimini. Cauenda est igitur
crapule intemperata libido q̃ cupiditatibꝰ seruit ipsimq;
corporis nostri iumentum ieiunii castigatione domanũ/
dũ: ne recte recalcitret rationi s; pareat vel inuitum.

¶ De bonorũ malorũq; hominũ vita. Par. xxxiii.

Est mons quidam asper sane et arduus aditusq;
difficilis. Ceterum in summo patet planities om/
nis generis fructibus exuberans et quisq; irriguis ame
nissima et in qua nihil omnino quod animum oblectare
possit desyderatur. Pleriq; tanti fruendi boni spe illecti
magno labore per invias rupes callesq; arctos et sentico
sos nituntur ad cacumen peruenire. et vt voti compotes

efficiantur/nec die nec noctu conquiescunt. Monti huic subiacent effusi campi amplissimaq; arua: et ea quidē ar/ boribus herbis floribusq; consita / sed in quibus nullus certus fructuum prouentus appareat. Nam etsi multa suis promittere cultoribus videantur/nihil prestāt. Fruges quippe fere omnes messis tempore in modicus exu rit estus/ arescunt siccitate herbe/ Poma ventorum turbi ne agitata ante maturitatem ad terram decidunt atq; ita auidos agricolas in fine spes omnis frustratur. Multi tamen ipsa foliorum luxuria florumq; decore capti ma/ lunt ibi inutiliter desidere q̄ ascendendi montis laborē subire. Contempto itaq; bono illo quo nullum maius/ quod ab his qui iam iuga tenent feliciter possidetur mā sione vanitatis plena contenti sunt. Hi pecudum carnib⁹ aluntur/ et que humi legunt oleribus: alij porcos/ alij hir cos pascunt/ alii canes nutriunt/ et lepusculos venantur/ alij conscensis arboribus auium nidulos rapiunt et fre/ quenter cum ipsis quos manu prehenderint corruunt. alij aurivenas queritando terram effodiunt/irrito tamē labore/cum nihil inueniant. Sed hoc quoq; mali patiun tur/q diuersarum ferarū/quibus ager ille abūdat/mor sibus patent. Hunc leones/illum lupi alium vrsi compre hensum laniant/ atq; alios alie bestie carptim lacerando interimunt. Cūq; hoc ita sit/ceteri periade ac si ab omni prorsus periculo procul sint inter se ludunt rident iocā tur/voluptatibus indulgent nec ante eidem exitio se ob noxios animaduertūt / q̄ experimento didicerint. adeo mens vitijs dedita nihil quod cauendū sit prospicit/nisi forte cū iam caueri non possit. ¶ Hec parabola bonorū malorumq; hominum vitā comprehendit. Arduus est et difficilis virtutū ascensus at in summo beate quietis merces est. Campi autem qui ima montis tenent latas vias habent que ducunt ad perditionem delitijs ad mo dum fecundi sunt sed que mox in perniciē vertantur.

Incole carnibus viuunt/quia pecudum more presenti-
bus contenti futura non considerant: adherens terreo
luto decerpunt dum terrenarum rerum obruti curis ad
contemplanda celestia nunq̄ eriguntur. Porcos pa-
scunt qui turpis libidinis ceno inquinantur. Hircos se
quuntur qui infamis vite fetorem exhalant. Canibus
lepores inuadunt qui procacis lingue latratibus innon
centiam aliorū ledunt. Nidulos aucupantur/quos ina
nis glorie cupiditas tenet dum honores ambiunt ꝛ ce-
teris preesse affectant. Aurum in terra querunt ꝛ eludun
tur/Qui cum multas opes congregauerint vita defun
cti eas relinquere coguntur. Longum foret singulorum
enumerare vitia. omnis eorum voluptas lubrica est te-
neri non potest cito elabitur ꝛ merorē suis relinqt ama
toribus sempiternum. Mox enim illi priuati omnibus
ad inferna rapiuntur ꝛ asseris ignem spirantibus mor-
dentur. Leones quippe demones sunt qui superbos in
festant. Lupi qui voratium hominum ventres carpunt.
Vrsi qui iracundos pedibus conculcant. Deniq; di-
uersis vitijs quondam obnoxios diuersi illic spiritus
assidue cruciant. Dumq; isti infelices inter tormenta mi
serabiliter lamentantur illi qui virtutum colle supera-
to iam summa attigere beati exultant. Alteros breuis la
bor ad eternam prouexit quietem/alteros breuis volu-
ptas inextinguibilis ignis oppressit ardoribus. Vtrō-
rūq; finē cogitet qui nosse cupit qualiter sibi inter mor-
tales viuendum sit.

De perseuerantia boni. Par. xxxiiij.

Duo lini textores erant satis vterq; artis periti/
sed ingenio diuersi. alter enim opus suum arden-
ter accelerabat alter moderate admodum exercebatur.
Ille ergo festinus cum multum vna altera q̄ die operis
confecisset lapsus demum resedit factusq; est remissior

⁊ laborem pertesus telam cui texende tanto studio incu
buerat/imperfectam dimisit. Hic autē qui in eiusmodi
negocio minus strenuus videbat/ quia tamē cepto ope
ri manum nunꝙ̄ subtraxerat/ eo peracto boni pruden
tisq̄ textoris laudem reportauit. ¶ Hec parabola admo
net/sepe contingere vt religiose vite propositū mutent/
qui dum proficere immodestius affectant/supra vires se
se laboribus grauant. E diuerso autem moderate labo/
rantium temperies constans ac firma permanet/ ⁊ cum
semper eodem vite tenore cucurrerit/ adcapienda vsq̄
beatitudinis premia feliciter accedit. Qui enim perseue
rauerit vsq̄ in finem/ hic saluus erit. Nam ⁊ in agone nō
qui celerius: sed qui perseuerantius currunt/ metam ci/
tius attingunt/ ⁊ adepti victoriam coronantur.

¶ De Humilitate ⁊ Superbia. Par. xxxv.

Obsidebatur ciuitas gygantum ab exercitu homi/
num gygantee proceritati pene equali/ab ea mu
rorum parteq̄ occidentem spectat. Eam vero que oriē/
tem respicit/oppugnabant exigui quidem corporis/sed
virium robore viri prestantes atq̄ inuicti. Igitur sagitta
rij qui in muris erant/ illos ex aduerso grandes atq̄ su/
blimes deiecere sagittis. non enim poterant errare ictus
in tā ampla corpora directi. Hi ergo quia in primis ma
gne stature erant ad vnum perierunt/ cadaueraq̄ eorū
coruis pabulum fuere. Illi autem pusilli ⁊ pomilionib⁹
pares cum ad certamen progrederentur/ facile vitatis
ictibus acriter instabant. Itaq̄ proxime subeundo p sub
terraneos cuniculos vrbem irrumpentes ciuibus par/
tim cesis/partim in vincula coniectis/rerum potiti sunt/
tanto celsiorem adepti gloriam/ quanto statura mino/
res erant. ¶ Hec parabola superbiā premit/humilitatē
extollit. Ciuitas gygantum potentia demonum est. Sub

ea superbi sedent/humiles pugnãt. Diaboli iaculis ho mines arrogantia elati feriuntur/dum vitiorum offendi cula non declinant. Corvorum cibus tunc fiunt/cum de monum morsibus carpuntur in inferno. Homines ve ro humilitate submissi diabolicis viribus fortiores sunt non muros illos scandunt/in quibus aduersariorum su perbiam stare vident / ne pari cum illis vitio notentur. sed vere humilitatis cuniculos prudenter subeundo vi ctores euadunt et dominari incipiunt. Leti deinde iam ad celestem prouecti gloriam illum de euangelio versi culum decantant/ Deposuit dominus potentes de sede et exaltauit humiles. His oritur sol iusticie/ illis occidit: quia deus et superbis resistit et humilibus dat gratiam/ ideo alteri orientem versus stare dicuntur/ alteri occidē tem. In lumine igitur veritatis manent qui humilian tur et in tenebris erroris cecutiūt qui superbiunt. Quid multa? deiecta de celo superbia corruit in infernum/de in ferno sublata humilitas ascendit in celum. et adhuc ali quis vel superbire audet vel humiliari negligit? Profe cto nihil est illo stultius/qui ex his duobus inter se cōtra rijs quid sibi eligat nescit.

¶De Patientia iniurie. Par.xxxvj.

Quidam conditum in arca thesaurum seruo suo tra didit seruandum iubens vt sicuti acceperat illesum ita cum posceretur/restitueret. Seruus ergo multa cum sollicitudine obseruabat illum/ne quis vel per vim eripe ret vel furto surriperet. Interea dum custoditur arcam quia lignea erat / caries vitiare cepit teredines exedere iam parum aberat vt quaqz versum corrupta opulentiā illam detegeret quam intra se occultabat. Cũz igitur cer neret seruus arculam indies deperire atqz absumi / ni hil id pensi habuit/non arcam seruare se inquiens / sed

qui in ea erat thesaurum vt integrum domino redderet. cum ille iusserit. Quinimmo letabatur/ quod arce labes ipa: probatura esset seruantis fidem cum is fatiscente quoq; repositorio domini thesaurum dispergi dissipariq; non pmiserit. ¶ Hec parabola nos ad patientiam iniuriaruz hortatur, que nobis quandoq; indigne irrogantur/ si quicq; irrogari indigne peccatorib⁹ potest. Igitur equo animo tolleremus si quis nos contumelijs carpat/ rapinis exhauriat, maledictis lacessat. si quis nos cedat/ verberet sauciet mutilet & quo quomõ nos affligat. tantuz caueamus ne forte irritemur ad vindictam & illis mala p malis reddere nitamur quos iubemur diligere/ & orationibus iuuare. Ledant illi quantum volunt exteriora nostra anime thesauro qui intra nos est nocere non possunt/ nisi ipsi assenserimus. Assentiemus autem si per impatientiam peccabimus. Nostra quippe delicta nobis detrimento sunt/ non aliena. Quod sine lacessiti quidem irascamur/ apparebit tanto nos fideliores fuisse thesauri huius custodes/ quanto grauiora pertulerimus. Ita deniq; depositum suum exigenti dño restituemus illibatum si omnia extrema pati maluerimus q̃ peccare. si nõ illos timuerimus qui corpus tantum occidunt/ sed eum potius qui simul corpus & animam potest mittere in gehennam. Hic ille est qui in euangelio beatos vocat persecutionem patientes propter iusticiam/ & eosdem consolatur dicens/ Gaudete & exultate/ quoniam merces vestra copiosa est in celis. Quis ergo tam insipiens rerum extimator est vt non anteponat eternam patientie mercedem cuicunq; iniurie vindicte?

De iiuria q̃ nemi magis nocet q̃ suo autori. Ca. xxxvij

Fuit quidam tam ire impatiens/ vt cum in alios commotus fuisset/ se ipsum diuerberaret/ neq;

verbera solū/ sed etiā vulnera qñq; infligere sibimet visus. Etenim indignationis furijs velut rabidus ca/nis agitatus / quoties aduersus quempiam furere ce/pisset/ stricto repēte gladio corpus suū sauciabat. ¶ Ta lis est quilibet maligne mentis improbiq; ingenij vir. Quoties alium ledere parat/ sem per se ipsum grauius offendit. dum alterum verbis petulātib⁹ lacessit/ plus sibi q̄ illi nocet. iisdem ictibus quos in alienum corp⁹ nequiter dirigit/ suam lethaliter configit aiam / & quic/quid nocumēti alijs inferre decernit/ id totum ipsius incidit capiti. Neq; .N. qui patitur iniuriam/ sed qui facit peccat. Peccatū autē suo nocet auctori/non illi in quē peccat. quinimmo ei q sustinet/ pdesse potest ofiē/sa: offensori vero non obesse nō potest. Profuit quippe martyribus persecutiones pati/ sed persecutorib⁹ con/ceptum in illos odium obfuit plurimum. Uide tamen hominū dementiam/ non aiaduertunt / semper sua se ledi manu & id quidē in parte longe nobiliore / quam in qua inimicum ledere putant. Inimicum vtiq; non nisi in fortunis/ in fama/ in corpus offendere possunt / que tam momētanea sunt/ vt si illi non rapuerint/ tēpus eripiet. se ipsos autē in aia offendunt / qua nihil est in homine prestantius /nihil insignius. Si .N. nihil pro/dest totius mūdi lucrum cum aie detrimēto/ nō ne aia pciosior ē mūdo? Nolite ergo cōtemnere animā (vt apostolus inquit) pro qua chr̄s mortu⁹ est. Aiam suam cōtemnit/ nō solū q p̄rimū odit/ sz etiā ille q nō diligit.

¶ De bono ope pmanētis i peccato. Par. xxxviij.

Arborem frugiferā agricola fouere volens/ mul to labore & fimum ei apponebat / & aquam quo/tidie trunco infundebat. nec tñ efficere potuit/ quin il la liuescētibus primo folijs/ deinde collabētibus pene

tota aresceret. quia radici vermis in erat/ cui⁹ assiduo carptu vitiata nec fructum ferre/ nec oino viuere valebat. At vero postq̄ ille circunfossa rastro radice tam noxij morsus vermiculum exemisset/ rursumq; egestā humum suo loco reposuisset sanata radice arbor paulatim reuixit ꝛ humore concepto folia emisit / florē fecit/ fructus ad maturitatē vsq; pduxit/ reliqui quoq; tēporis vbertate suo fauit cultori. ¶ Hec parabola eos respicit/ qui cum multū in virtutib⁹ capessēdis desudēt parum tn̄ aut nihil proficiunt/ quādiu crimen aliquod
Eccl.ix intra se fouent. Scriptum est enim/ Qui in vno peccauerit / multa bona perdet. Porro idem si penitētiam egerit/ si vitium illud quod radici anime pertinatius inhęserat/ extirpauerit abieceritq;/ totus iam sanus factus merori beatitudinis premia incipiet: tu ꝫ pfectius constantiusq; animi bonis exuberans tum vsq; in finē in his preseuerans. Frustra autē ad fruendaꝫ beatitudinem peruenire nititur/ qui vel vnius flagitij morbo affectus claudicat. Singulis quibusq; vitijs renūciet necesse est/ singulis quibusq; quātuꝫ potest careat/ qui ea que bene facit/ prodesse sibi cupit ad salutem.

¶ De morte omnibus cōmuni. Par. xxxix.

Uillicus cum fenum meteret solo tenus/ pratēses herbas tam que mature erant / q̄ꝫ que adhuc latentes tenelleq; simul collegit/ cuncte denique pariter siccate sunt. Quidam villicarum rerum ignari incusabant eum imprudētie / q̄ herbiculas illas nouellas non siuisset crescere/ sed vna cum grādioribus dissecasset. videbatur enim si id egisset/ plus feni collecturus. At ille inscitiam ipsoꝝ ridens/ Certe inquit/ imperassem hoc falci/ vt tēpestiua tantūmodo prata meteret/ si aurita esset/ sed qm̄ auribus caret / nihil audit / ꝛ q: ferrea

est nulli oīno herbe parcit/ quocūq3 aciem suam verte rit/demetit oīa. ¶ Hec parabola vite mortisq3 nostre similitudinem tenet. hodie iuuenes/cras/senes sum⁹. mors autē nemini parcēs/ nullu3 etatis facit discrimē/ nullum sexus/nullum fortune nullum cōditionis/ nullum virium. rapit pueros ꝛ adultos/viros ꝛ feminas/ diuites ꝛ egenos/ dños ꝛ seruos/fortes ꝛ infirmos. Insipienter itaq3 de illa querimur/ cuius ea natura est vt nullum habeat hominum delectum/omnib⁹ quippe se prebet cōmunē. ꝛ cum vna vite mortalium cōditio sit/ profecto qui aliquem moridolet/ genitum quoq3 fuisse dolere debuit. Nam verissimum est/ qđ quidam ait/ Nascentes morimur/ finisq3 ab origine pendet.

¶ De morte aliorum nō lugēda. Para. xi.

Mulier quedam filium peregre ꝓficiscentē non sine lachrymis dimisit. ille vt mestam matrem cōsolaretur/ bono animo esto inquit/ ero iterum tecu3 citius q̄3 putas. Putabat autē illa non ante triēnium reditum eius fore/cum ꝛ regio quam peteret/ ꝑnō par longinqua esset/ ꝛ negocium cui⁹ causa discederet/non ita breui posset expediri. Ceterum āno nondu3 elapso casu contigit vt illa inimicorum vi natali solo pulsa eo abiret quo filium premiserat. atq3 ipsum arctius amplexa nihilominus flere cepit. Tunc ad eam filius indigna res est o mater vt quo absēte triſtabarē/ eo plēte gaudere vel saltē non dolere nolle. ¶ Hec parabola innuit ridiculos esse/qui suos vita decedentes nimis īmoderate deplorant/ cum ipi incessāter post illos gradu irreuocabili properēt/ cum omni spe citius fato cōpellente eos quos lugent assequantur/ cū deniq3 si paria vtrorunq3 merita sunt/eodem loci q̄3 celerime conueniant. Preter hec si beatos vocat Apostol⁹ eos qui

in domino moriuntur/non ne pios bonosq; lugere/bea titudinē illis inuidere est? Infideles autem & iniquos deflere quidem/non q̄ moriantur debemus/ sed q̄ in peccato moriant. cū scriptū sit/ Mors pctōꝝ pessima.

C De hora mortis icerta/vt sp parati sim⁹. Para. xli.

Imperator cōfecto bello cum victor in patriam remeasset/ donatiuū milit:b⁹ erogatur⁹ indixit/ q̄ qua die in forum ip̄e descēdisset/ veniēti sibi omnes cū armis occurrerēt: Ipsi quos inermes occurrere tunc contigisset/non solum nihil relaturos esse premij/ verum etiā inertie penas daturos. Illi incerti qñ imperator hoc esset acturus/quotidie cum armis parati aderant. Quidam autē expectationis tedio victi/ paulatim arma deponere/ & iam inermes in publicū procedere/ existimātes non ita repente affuturum quē pstolabant. Cum ergo imperator die qua non putabant/ in forum improuisus affuisset/ donauit omnes quos offendit armatos/quos autē inermes repit mulctauit. C Hec ad omnes ptinet parabola. Omnibus enim ab imperatore celesti predictū est/ Estote parati/ quia qua hora non putatis/ dñs vester venturus est. Tunc venit dñs/ cum morte sublatos suo nos tribunali sisti iubet. Si pietatis iustitieq; armis instructos cōspexerit/ cōtinuo beatitudinis pmijs donādos letus excipiet. sin autē animi bonis exutos viderit supplicio afficiendos iratus deputabit. Igitur quoniam diem vite nostre vltimum nosse non possumus/ hunc semper hodiernū esse existimemus. Talesq; semper simus/ quales in fine futuros esse cupimus. Quotidie quippe vigilādum nobis est/ quib⁹ pcipitur/ Vigilate q: nescitis diem neq; horam.

C De doctoris eccl'iastici merito. Para. xlij

REx videns regni sui populos absqꝫ lege nō satis ciuiliter degere legationē in oēs misit / viuendi formulas prebuit / eas obseruātibus proposuit pmiuꝫ / non obseruātibꝰ penam. Hinc quidaꝫ mores correxe / re / politicāqꝫ vitam viuere cepere. Quidam vero hoc ipm cōtēpserunt / quia veteris licentie institutū dimit / tere molestum erat. Ceterum quamuis in plebe maior numerꝰ esset eoꝝ qui recti equiqꝫ normā nō receperāt / legatos tñ illos rex cum redissent / quia pbe officio suo defunctos constabat / dignis honoribus donisqꝫ affecit. ¶ Hec parabola euāgelici doctorꝭ munꝰ cōmēdat qui ceteris viam ostendit salutis ꝛ [illegible] virtutuꝫ gradus celum cōscendāt hortatur. licet autē pauci taleꝫ ample / ctantur doctrinam / non tñ ideo docentis perit merces. Jsqꝫ perinde a celesti rege remuneratur / ac si omnes ope cōpleuerint / qd audiendo didicissent. Neqꝫ enim doctori fraudi esse debet auditorū culpa. Non est ideo neganda merces operario qui semētē facit / quia infe / cunda humus minus frugis dño reddat. Unde ipsis qui ad docēdam veritatē destinabātur / preceptum est / Jnquācūqꝫ domum intraueritis primum dicite Pax domui huic. Et si ibi fuerit filius pacis / requiescet su / per eum pax vr̄a / sin minꝰ ad vos reuertet. Porro qui docendi officium suscipiunt / si quēadmoduꝫ debēt / do / cere neglexerint / quicqd de pplo perierit / illis imputa bitur / dicēte dño per Ezechielem / Speculatorē dedi te iij.ꝛ
domui israel / ꝛ audies de ore meo verbum / ꝛ ānuncia item
bis eis ex me. Si dicēte me ad impium / morte morie / 34
ris / nec ānunciaueris ei / neqꝫ locutus fueris / vt auer / tatur a via sua impia ꝛ viuat / ipe impius in iniqtate sua morief / sanguinē autē eius de manu tua requiram.

¶ De inani gloria et auaritia doctori cauen / da. Parabola. xliij.

Pastori mandauerat gregis dñs/ ad pascua leta agere oues/ herbisq; optimis pastas ad caulas reducere diligéterq; custodire. At ille vt bene paste essent curauit quidē /sed alijs earꝝ lac /alijs lanam surripere non erubuit. Cumq; dñs partim emulsas /partim deglabratas esse vidisset/ in pastorem iratus in tātum illi pactam pro labore mercedem soluere noluit/ vt etiā male pro temeritatis crimine mulctatum dimitteret.

¶ Terreat hec parabola ecclesie doctores/ vt cū diuini verbi pabulo dñi sui owile bene nutrierint/ nihil inde sibi venari presumant. Ille eni lac ouiū emulget/ qui ab ijs quos docet/ plausum laudis captat/ dū questionum argutijs nihil ad rem ptinētibus occupatur. Ille vero lanam detondet/ qui auaritie vitio superatus suis predicationibꝰ magis pecunie q̄ꝫ animarꝫ lucrum querit. Predicator autē gloriam ab hominibꝰ exigēs/ dei gloria indignus erit atq; audiet/ recepisti mercedē tuam. Et si elliciende pecunie causa predicauerit/ nō predicatorꝫ fuisse a dño arguetur /sed preuaricator. cū preceptum sit/ Gratis accepistis/ gratis date. Donū quippe dei est/ in ecclesijs pdicādi sciētia. Hoc dono abutitur quisqs aliud q̄ꝫ salutē eorꝫ/quos instruit concupiscit.

¶ De doctorꝫ q aliter docet/ aliter viuit. Par. xliiij.

Dux a rege in expeditionē missus magno animo certamen inire suos hortabatur/ tantūq; pre se ferebat audacie vt primus cum hoste cōgressurus videretur. Cum autē in aduersariorꝫ copias repēte incidisset/ castra quidē munijt /ꝛ nihilominus alios in aciē descēdere ꝛ manū conserere iussit/ sed ipe in tuto residēs postq̄ꝫ vidit clamore vtrinq; sublato acies cōcurrere /arma misceri ꝛ iam digladiantium cruore solum passim spargi /non expectato belli euētu primus terga

vertit. deinde milites quoq; duce destitutos fudit ho/
stis. Qui periculum elapsi fuerant/ adito rege ducis
ignauiā multis accusantes postremo in lingua illi for/
titudinē fuisse. dixerunt in pedibus metum/ideo vi/
ctoriam aduersarijs reliquisse. Rex vbi accepit ducis
culpa rem male gestam/vrbe eiectū exilio mulctauit:
¶ Hec parabola illos respicit predicatores/qui qđ ver
bis edificant exemplo destruūt/⁊ quod alios exposcūt/
ipsi minime prestant. alijs onera grauia imponūt/ ipsi
ne digito quidem ea tangere volunt. Longe enim dis/
similiter viuūt/atq; viuendum precipiunt. moresq; eo/
rum cum oratione/ cum dictis facta pugnant. Proin/
deq; illud quod suadēt/ non psuadent. Cum enim ad
capescendam virtutem ceteros hortati fuerint/ ludere
putantur/⁊ quasi ⁊ridiculi causa plebi precipere/quod
ipsi non faciunt. Qm̄ autē acerrime vitia rephendunt/
que ipsi cōmittere nō verentur/nō ne semetipsos pro//
pria voce damnant? Quid igitur obstat/ ne a iusto iu/
dice damnētur/ qn̄ quidē suo se preiudicio iam cōdem
narunt? Auditorum tamē saluti consulēs dn̄s/ Omnia matth.
inquit/ quecunq; dixerint vobis/ facite/ secundū vero xxiij.
opa eorum nolite facere/dicunt enim ⁊ non faciunt.

¶ De doctore qui quemadmodum docet/ ita et viuit. Parabola.xlv.

Vir quidam in primis diues conductis ad exco/
lendum agrum operarijs famulum suum prefe/
cit/ qui laborātibus instaret. Ille videns tandē/ qꝫ ver/
bis vrgēdo adhortandoq; parum proficeret/ sumpto
manibus ligone operi se se ardēter accinxit/parē ab re/
liquis exigens in agro fodiēdo alacritatē. Omnes eius
exemplo sollicitius id quod debebant peregere. ⁊ tunc
plane apparuit/ his qui operam suaȝ locant/ facto ma/

gis eorum qui presunt/ q3 dicto opus esse/ ne pigritentur. Is. M. qui alios ad aliquid agēdu3 hortatur, tm̄/ plus poscere videtur/ q3 qd prestari possit. Qui autē et hortatur/ z simul negocij ad qd hortatur/ se facit cō sorte/ nullum cessantibus relinquit excusationis locu3. Qualem. M. ipse corporis fatigatione vltro subit ac sustinet talem etiā omnes reliquos ferre posse certissime testatur. Haud aliter conuenit ei/ qui in eccl'ia ad populum declamat. Talem ergo se exhibeat/ quales vult reliquos esse quos docet. nec solum verbis instruat/ sed etiā exēplo. Ille deniq3 arguat alios/ qui ipsi redargui non possit. Cepit nēpe iesus facere z docere/ sic Apostoli sic Euangeliste/ sic omnes nūcij christi fideles. Qui autem fecerit z docuerit sic/ hic magnus vocabitur in regno celorum/ ait dominus.

De passiōe dn̄i p nobis suscepta. Para. xlvj

In ciuitate omnium precipua Rex erat precet eris pstantissimus. huic serui prope innumerabiles z quidē egregij summa cum veneratione atq3 fide obsequebantur ac parebant. Dignus eni erat/ qui ab omnibus coleretur et obseruaretur/ ob singularem in omnes liberalitatē atq3 pietatē. Cum autē nunciu3 accepisset/ quosdam de finibus regni sui captiuitate3 passos iugum subisse miserrime seruitutis/ in qua illis pereundum erat nisi ipse succurrisset/ in tanto vite periculo constitutis opem ferre decreuit. cumq3 cognouisset/ nulla prope alia mercede illos ab interitu redimi posse/ preter q3 vt ipse eorum subeat vicem/ ne hoc quidē recusauit. semetipsu3 vltro inimicis obtulit/ sua morte seruorum saluti cōsulturus. Rex itaq3 interimitur/ z serui dimittuntur. Tantam autē ac tam raram clemētiam deus remunerare volēs/ rege3 qui occisus fuerāt

fuerat/ non multo post ꝛ vite ꝛ regno restituit. Cū au/
tem rediuiu° regnaret/ ex ijs quos redemerat/ alij fi/
deliter ei seruierunt nec laboꝛibus nec vite parcētes
vt pꝛo tanto beneficio quam possent/ grām referrent.
Alij vero nihil quicq̄ pēsi habentes eius imperiuꝫ spꝛe
uere/ non mō quod ipe iuberet agere cōtemnēdo/ verū
etiā econtrario illud agēdo qđ vetaret. Postq̄ autem
Rex illos qui non ita erga se ingrati extiterant/ in ciui
tate receptos bonis omnibus affecisset/ Istos qui ma/
gis inimicis suis q̄ sibi fidi erant/ loco hostiuꝫ habuit/
missisq̄ apparitoꝛibus cōpꝛensos carceri tradidit atq̄
mulctauit. Quidam tñ anteq̄ in vinculo cōijcerētur/
cum sibi ignosci suppliciter poposcissent/ veniam impe/
trarunt. ꝛ hos quidē Rex veluti si nunq̄ deliquissent/
benigne susceptos ciuitate donauit/ bonoꝛumq̄ cōsoꝛ/
tes fecit. in illos tñ quos peccati nūq̄ penituit iustus/
in alios oīes magis q̄ dici queat clemēs. Nam si pec
care non cessantes impunitos dimisisset/ nō ignoscere
peccantibus videretur/ sed fauere. qđ ab omni ꝓsus
bonitate alienū foꝛet. ¶ Longiusculo ambitu recitata
Parabola/ quoniaꝫ ipa se pandit/ a nobis bꝛeuiter ex/
plicabitur. Rex regum chꝛistus e celo in terram delap
sus moꝛi voluit/ vt nos a moꝛte redimeret. tertia die vi
uus resurrexit ꝛ in celum ascēdit/ vt nobis resurrectu/
ris in celo beatitudinis locum pꝛepararet. Sancti oēs
gratiam retulere/ non quidē parē/ quia ipossibile erat/
sed qualē poterant/ nullum laboꝛē pꝛo illius nomine
subire recusantes/ nunc vna cum illo vitam beataꝫ du/
cunt. Non nulli tamē chꝛistiani beneficioꝝ imemoꝛes/
ꝛ simul ꝓpꝛie salutis obliti/ Chꝛisti mādata suis cōcu/
piscētijs postponunt/ ꝛ dum coꝛpoꝛis voluptatibus in/
dulgēt/ coꝛpoꝛis atq̄ anime redemptoꝛē offendere non
verentur. Hos ille cui peccant/ ante vite finem peni/
tentiam agentes clementer suscipit/ non agentes iuste



damnat. quia et misericors et iustus est Dominus.

¶ De purgatorio. Parabola .xlvij.

Rex inter potetissimos primus mēsam habet de/
core egregiam ⁊ electissimorum ferculoruʒ sem
per plenam. quam vasa auri purissimi mirabiliq; ful/
gore radiantia exornant. nihil in ea infertur pollutuʒ/
nihil aliqua in parte maculatuʒ. Huic regi lances au/
ree/ ⁊ he quidē affabrefacte aliquando oblate cum nō
satis purgati mettalli apparuissent/ remittēdas artifi/
cibus curauit vt igni excoquerētur reficerēturq;/ ⁊ om
ni demum consumpta scoria digne fierēt cōuiuij sui va/
sis ānumerari. Itaq; multo cum labore purificatum
metallum elegantioriq; forme q̄ʒ antea fuerat reddi/
tum ad mēsam tandē regis est receptum/ ⁊ in delicijs
eque ac cetera habitū. ¶ Hec parabola liquido osten
dit/ eos qui celestis mēse vasa effici cupiunt/ opoztere/
vt omni prorsus expurgētur peccatoruʒ spurcitia/ vtq;
nihil in animo residui sit/ qd maiestatis diuine cōspe/
ctum offendat. Quicunq; igitur ex hac vita non satis
emaculatus emundatusq; decesserit/ ardētibus purga/
torij carbonibus tradetur excoquendus/ si tamē pri⁹
q̄ʒ decederet/ dolēdo supplicādoq; impetrauit/ ne pena
eterna dignus sit. Cum autē omni penitus animi labe
ablata/ omni auro purior euaserit/ ad regis reguʒ mē/
sam vite eterne nectare alēdus feliciter transferetur/ ⁊
cuʒ gustare ceperit q̄ʒ suauis est dn̄s/ ineffabili gaudio
pfusus pro tante beatitudinis beneficio grās aget/ gesti
ps.lxv ensq; ⁊ exultans cum sanctis decantabit/ Transiuimus
per ignē ⁊ aquam/ ⁊ eduxisti nos dn̄e in refrigerium.
Quamuis autē purgatorij pena omnium catholicorū
iudicio grauissima sit/ cum tamē stabilē firmāq; futuri
boni spem habeat/ equo aīo tolleratur. multoq; patiē/

tius/ q̄ illi solēt/ qui p reparāda corpis valitudine vel a medicis atq̄ secari se pmittūt. Medicoꝝ eni anceps ac nutās curatio ē/purgatorij certa indubitataq̄. neq̄ vlla quidē salus corporis cū animoꝝ salute cōferēda.

De inferno. Parabola.xlviij.

Est specus quedam monti oīm maximo subiecta ꝛ ipā ingēs intusq̄ latissime patēs/ atq̄ in labyrinthi morē viarum ambagib⁹ ita implicata/ vt qui semel introierit/ exitū nesciat reperire. Scrupee interius asperimeq̄ rupes/ loca horrida ꝛ tenebricosa/ nisi q crebri de cauernis pmicent ignes/ ꝛ veluti fornacib⁹ exestuent/ horrorē incuciētes cernētibus. Hinc dēsior fumus quaq̄ versum euolutus caliginosarum nubium speciem prebet/sulphuris graueolētis odorem spirat/ adeo nocēs vt eorum qui adsunt (multi eni illic obdelicta intrusi errāt) ꝛ oculos nidore ꝛ nares fetore cruciet. At etiam nonnullos flāma subito correptos excoquit/quos tamen vrēdo non consumit/sed viuos miserabiliter vexat. Nemo enim in ea specu moritur/ ꝛ id omni morte grauius est/mori nō posse. Alibi gelidi patent lacus glacieq̄ astricti/ ꝛ in his quidam ignē fugiēdo incidunt/ deteriusq̄ algētq̄ arserant. attractis frigore neruis torpēt/ dentibus crepitant/spiritu gemunt/ totis artub⁹ cōtremiscunt. Sed ne illis quidē qui alibi sunt/quies vlla datur. Omnia quippe luridi conplēt serpētes/rabidi vndiq̄ incursant canes/ feroces irruunt bellue/ sibillus/ latratus/ rugitus/ grūnitus/ gānitus/ varijsq̄ ꝛ horrēdi diuersorum portētorum fremitus/et hominum qui mordētur dilacerant urq̄ eiulatus atq̄ meror simul audiuntur. Nullus loci secessus/ nullus angulus/aut metu aut pena vacat. totum antrum illud q̄ longe lateq̄ diffunditur/ semper lugētiū/ plāgen-

tiuz/ atq; lamētantium personat clamoribus. Quacūq;
te verteris/ nihil non triste occurrit. deest omnis aeris
temperies omnisq; tranquillitas. assidui ventorū turbi/
nes tempestatumq; procelle seuiūt/ & cuz nusq̄ pedibus
insisti possit vbi pena non sit/ grando quoq; igni mixta
de altissima fornice precipiti impetu in terram ruēs nu/
dos miserorum vertices & verbere perfringit/ & flāmige
ro vstulat ardore. Quid moror in singulis? omnia illic
mala sunt/ quecūq; vbiq; sunt/ boni nihil. Quis ergo ea
vel fando explicet/ vel cogitando cōprehendat? ¶ Nunc
reliquum est/ vt videamus/ vtrum Parabolam fingi/
mus/ an vt res se habeat/ narramus? Iaz primum sub
terra/ tormētorum locuz esse/ scripture veritatis aperte
testantur/ crebro inferni & inferorum mentionez faciē/
tes. In his quoq; discimus/ ea que modo a me dicta
sunt/ impiis prophanisq; hominibus iam ab initio p̄pa/
rata/ & quidez multo acerbiora atq; formidabiliora q̄
dici queat. Quod enim locus ille teter & obscurus sit/ inde
habemus/ vbi in euangelio dn̄i iussu seruus nequaz
in tenebras mittitur exteriores. ꝙ autē ignis in malorum
supplicium diro semper ardeat incendio/ terribilis illa
iudicis sētētia ostēdit dicētis/ Discedite a me maledi/
cti in ignē eternū. ꝙ ibi fumus etiā tedio sit/ ex apocalypsi
ix Ioānis constat/ De puteo inquit ascēdit/ fumus sicut
xiiij fumus fornacis magne & iterum/ Fumus tormētoruz
eorum ascēdet in secula seculorum. ꝙ preterea penas
xxi in tollerabilis grauet fetor/ eodem libro legitur/ Pars
illorum erit in stagno ardēti igne & sulphure. Non so/
lum autē ignis/ verum etiam frigoris tormēta ibidem
esse credimus/ quia in Iob scriptum est: Ad calorē ni/
mium transibunt ab aquis niuis. Et in euangelio/ Ibi
erit fletus & stridor dentium. Fletum fumus excitat stri/
dorē dentium frigus. Uentos vero & ignitam grādinē
ps. x. et procellas psalmista indicat dū ait/ Pluet sup pecca/

tores laqueos ignis/sulphur & spūs procellarum pars calicis eorum. Porro q plurimi ad inferna descēdant/ nec inde exire possint/ q̄q̄ pre magnitudine cruciatus mortē optēt/ & mori nequeant partim ab Esaia didici/
xxiiij mus vbi ait/ Cōgregabūtur congregatione vnius fa/ scis in lacum/ & claudētur ibi in carcere/ partiȝ a Joan/
ix ne in apocalypsi dicēte/ Querēt mortē & nō inuenient eam/ & desiderabunt mori/ & fugiet mors ab eis. q post/ remo ibi serpentes bestieq̄ʒ habitēt/ id est infensi huma no generi spiritus Dñs in euangelio de eterno inferni igne loquēs omnibus manifestum fecit cuȝ dixit/ Qui paratus est diabolo & angelis eius. Sexcēta talia in li/ bris diuinis conscripta & multi legunt/ & plurimi dum leguntur audiunt/ nec tamen vitam corrigere curant quasi qui ea vera esse negēt/ sed cum vera esse iam expe/ rimēto didicerint/ penitere nihil proderit. Dum ergo licet/ dum datur/ opemur bonuȝ/ ne talia deinde subire cogamur qualia meminisse nedū pati supplicium est.

De paradiso. Parabo. xlix.

Qūoniā autē similitudines/ idest parabole/ semp nnnus aliquid habēt q̄ʒ res ipsa/ que per illas designat/ quicqd de inferno diximꝰ/ parabola est. Eadeȝ profecto ratione/ quicqd nūc de paradiso/ hoc est celesti regno dicturus sum erit parabola. quia nunq̄ʒ tanta de illo dici queunt/ vt multo maiora non supsint. Igit cuȝ inferni loca & penas lugubri quodaȝ atramēto descrip/ serimus/ e contrario Paradisum/ vbi pfecta felicitas est/ candidiore omni cerusa colore/ dño adiuuāte depin gemus. Paradisus igitur amplissima amenissimaq̄ʒ planicies est/ celo sublimior/ sole luculētior/ astris no/ bilior/ omnibus thesauris pciosior/ omni decore orna/ tior/ omni rerum miraculo mirabilior/ oium plena bo/

norum/ ꝛ nullius particeps mali. Hanc mēte contem/
iij platus Baruch ꝓpheta in illaꝫ prorupit vocē/ O israel
quam magna est domus dei ꝛ ingēs locus possessionis
eius/ magnus est ꝛ non habet finē/ excelsus ꝛ immēsus
Hanc ipsam sibi vehemēter affectauit rex dauid cū dice
ps. xxvj ret/ Dn̄e dilexi decorē domus tue/ ꝛ locum habitatiōis
ps. lxxx gloꝛie tue. ꝛ alibi/ q̄ꝫ dilecta tabernacula tua dn̄e deus
iij. virtutum/ concupiscit ꝛ deficit anima mea in atrio dn̄i.
Merito magnificētie regni sui obliuiscitur/ duas para
disi pulchritudinē miratur. merito terrena omni contē
nit/ dum celestia aīo metit. Si enim illic domus dei est/
ꝛ habitatio glīe ei⁹/ ꝛ tabernacula atriūqꝫ dn̄i dei virtu/
tum/ nōne sicuti deo mai⁹ nihil est/ ita paradisi loco nul
lus oīo locus excellētioꝛ/ nulla glorioſioꝛ sedes/ nulluꝫ
felicius domicilium? Illic se vidēdam p̄bet sctā trinitas
deus vn⁹/ pr̄ in filio ꝛ filius in pr̄e/ ꝛ cū vtroqꝫ spiritus
sanctus/ nō in enygmate p̄ speculū/ sed facie ad faciem.
ps. xv. ad quē psalmista ait/ Adimplebis me letitia cuꝫ vultu
tuo. Et enim qꝛ deus lux est/ illic Angelos hoīesqꝫ sua
illuminat claritate. ꝛ qꝛ vita est oībus illic imoꝛtalitatē
in coꝛruptionēqꝫ impartit. ꝛ qꝛ charitas est/ oēs vnum
eccl̄ie coꝛp⁹ efficit. ꝛ qꝛ deniqꝫ bonoꝝ oīum fons est/ bo/
nis oībus illos quos ad se recipit/ iplet ita vt nihil ma
ius optēt/ nihil suaui⁹ gustēt/ nihil melius desyderant
nihil appetāt beatius/ nihil pennius incōmutabiliusqꝫ
cupiāt. Nā nulla esse potest vltra votoꝝ ꝓgressio/ cū is
habetur/ in quo vno sunt oīa/ ꝛ a quo oīa/ ꝛ per quē om
nia. Ipm̄ soluꝫ possidere ipsius ineffabili cōspectu per
frui/ plena btitudo ē atqꝫ pfecta. Cui⁹ beatitudinis gau
dium atqꝫ glīam si quis vel verbis eloqui/ vel cogitatiōe
cōplecti posse cōfidit/ hic idē ꝛ stellas celi/ ꝛ guttas ma
ris/ ꝛ terreni pulueris minutias numerare simul va//
lebit. At cū etiā hec oīa (si fieri potest) numero cōprehē
derit. cogitet adhuc quāto maioꝛ est/ q̄ ꝛ ea creauit/ ꝛ cuꝫ

eis reliqua oia. Cogitet qualia quãtaq; sint/ q̃ nec ocul⁹ vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hois ascẽderũt. talia quippe tãtaq;(vt Aplus testatur) Deus pparauit dili/gẽtibus se. Q̃ꝺ si idẽ ipe celuz hoc nobis visibile/ ipaq; mũdi elemẽta/ignẽ/aera/ aquas/ terrã/ ꝛ que in eis sũt bona/ iustis pariter ꝛ iniustis cõmunia esse voluit quã/to his oibus illa putãda sunt pstantiora/ que iustis tm̃ ppetuo possidẽda cõcessit? quãto emĩnẽtius bonũ illud qꝺ a reliquis reb⁹ diuina puidẽtia ita separauit/ vt nul/li alij/nisi Angelis q in veritate steterũt ꝛ hoibus qui pie iusteq; vixerũt/ pprium esset ꝛ peculiare: Hoc certe illud est ad quod capiẽdum fruẽdũq; suos dũtaxat ele/ctos inuitabit saluator dicens/ Uenite bñdicti p̃ris mei/ matth. possidete paratũ vobis regnũ a cõstitutiõe mũdi. O pro xxv. uocet saltẽ ad bene agẽdum tam imẽse tamq; inestima/bilis btitudinis certa pmissio/ quos a vitijs terribiliuz suppliciorũ mine nõ cohercẽt. Quã q̃z magis verendum est: ne tãto priuẽtur bono/ q̃z ne pro scelere puniantur. Maiori eniz dolore(vt equidẽ reor)afficiet ipsos amisse celestis felicitatis recordatio / q̃z illata infernalis ignis pena. Utroq; autem torquebitur/ qui presentis vite voluptatibus diffluere/ q̃z deo seruire maluerit.

De vltimo iudicio. Parabola. I.

Lex erat a rege lata/ vt qcũq; septuagesimuz eta/tis sue annũ pegisset/ cũcta eius acta rite diligẽ/terq; examinarent. ꝛ ille i quo pl⁹ vitij q̃z v̄tutis extitis/se apparuisset/capite mulctaret. cui⁹ aũt vitia v̄tutib⁹ victa fuissent/ coronã honoris pro merito referret. Cuz ergo duo id etatis hoies i custodia publica donec iudi/cis in se sentẽtiã acciperent/seruarẽtur/ nõ ignari mul/ta se cõmisisse ob que partim penam/ partim laudẽ me/reri potuissent/ suspensis inter spem metumq; animis

vehementer affligebatur. Timebat enim ne forte damnati amisso honore supplicium subire cogatur. Adveniente igitur iudicii die trepidi exanimatique coram sistunt. Iudici visum est, alterum pena alterum honore afficiendum esse. Itaque hic consolatus gaudere, ille flere et miserabiliter vociferari, donec cesus vitam cum lachrymis finivit. ¶ Si parabola ista tantum trepidationis habet ob vite fragilis et caduce periculum, quid nos queso facere oporteat in periculo vite eterne? Si capitis iudicium subiturus reus, dum in dubio est, solvatur ne an damnetur, non potest non contremiscere, nos eternitatis examine in fine discutiendi non timebimus? Nemo dei effugiet iudicium. Nemo crimen celare poterit. Omnes ante eius tribunal
Hiere. xxix stabimus, qui ait, Ego sum iudex et testis. aut quid ipsum latere potest, qui est renum scrutator et cordis? Hic igitur ne minimas quidem cogitationes nostras relinquet inexaminatas indiscussasque. quicquid autem ipse decreverit, ratum eternumque erit. neque premium neque pena arbitrii eius ullo unquam fine concludetur. Et nos interim nullus concutit metus, nulla distrahit futurorum sollicitudo, quasi certos de promissa bonis beatitudine, cum nihil tanta mercede dignum fecerimus, et non pauca ob que plecti meremur perpetraverimus. Unde igitur tantus mentis stupor? tanta ai stultitia? frivolis nihilque ad nos pertinentibus periculis terremur, et future eternitatis iudicium non reformidamus. In meditullio infiniti boni et infiniti mali fluctuat nostra mortalitas et magis cure nobis est, cavere nequid adversi in hac vite brevitate patiamur, quam ne penam eternam sustineamus. Plus etiam ope impendimus in querendis divitiis cito perituris, quam ut perennem illam et inestimabilem regni celestis gloriam assequamur. Annus parabole huius septuagesimus tunc agitur, cum ad finem vite perventum est. dies enim annorum nostrorum (ut psalmista ait) in ipsis septuaginta annis. Sed vite nostre finis hodie esse potest, aut cras,

aut post tridie / ideo dictum est / Uigilate quia nescitis diem neq; horam. & si vsq; ad decrepitam pfertur eta/tem nihilominus aduentat / currit / volat iá in ianuis est. Quotidie ad finem suũ vita nostra properat / & ad vi/tam illam que non habet finem trãsmigrare nos cogit atq; compellit. pigritamus tamé & cunctamur / & virtu/tum viatica preparare nobis negligimus. que certe nisi nobiscum tulerimus deficiemus in via / nunq̃ ad mon/tem domini et domum dei iacob perueniemus. Hoc ne forte contingat semper ante oculos habeamus illum terribilem & expauescendum extremi iudicij diem qui ante q̃ venerit / hec premissurus est signa. bella / fames / pestilentie seuient. pseudo prophete surgent / & seducét multos. abundabit iniquitas / & refrigescet charitas. dominabitur Antichristus. flagellabuntur christiani / & per varia tormétorum genera sanguis innoxius effun/detur. magno terramotu agitabitur. sol in tenebras / luna in sanguinem cõuertetur. stelle cadent. homines arescent pretimore. eleuabitur mare / rugient fluctus & ventorum procellarumq; tempestas debachabit. crucis signum apparebit in celo. Postremo furétis vis ignis celum terram pontum vno inuoluet incendio / nihilq; relinquet viuum quod morti fuit obnoxium. Post hec ethere ab alto descédet dei filius iesus christus / maiesta/tem patris preseferens / innumeris Angelorum comi/tatus choris agminibusq; sanctorũ / viuos ac mortuos diiudicaturus. mox ad vocẽ Archangeli tubeq; cele/stis clangorem resurgent mortui / ad iudicium veniét / nihil erit occultum q̃ non sciatur / neq; absconditũ q̃d non reueletur. Separabuntur Christo ita iubéte oues ab hedis iusti ab iniustis. O quantus occupabit dam/natorum corda meror. quantos attollent eiulatus / q̃ miserabilis lamentantium audietur vox / cũ viderint / alios ascendere cum Christo ad celestem regnum / & se

depelli in inferiora terre in abyssum horribiliuz penarum calamitatisqz sempiterne. alios cum angelis gloriam in excelsis deo canentibus ferri in paradisum incôparabilis beatitatis atqz infinite/ se autem cum spiritibus imundis detrudi in infernuz ignis inextinguibilis et vermis immortalis. Quis nunc talia mente secum voluens non cum ingenti viuat pauore? non semper trepidet? non qnotidie totis virib⁹ côtendat/ quomodo et tantum malum effugiat/et tantuz bonû acquirat? non deniqz omnia presentia contemnat/omni contemplatur futura? Q8 si ad parabolaz respicimus/ lex illa que malis necem/ bonis honorem ,pposuit/sentencia iudicij diuini est. Deus morte eterna peccatores punit/iustos autem vite immortalis felicitate remunerat. In tanto ergo vite necisqz periculo constricti/ ita metuamus vt non desperemus /ita speremus vt nûqz
ps.ij. sine metu sim⁹/ dicente propheta/ Seruite domino in timore/ et exultate ei cum tremore.

Finis



Franciscus Julianus Venetus lectori Salutem

Quātum de humano genere Marulus optime Lector scribendo mereatur / vix oratione consequi possis. Cotidie.n.nouum aliquod opus edit. Cotidie laborat. Uti recte beateq; homines viuant. Breuissimum itaq; opusculū hoc elucubrauit. Quod quāto breuis est tanto eruditius. tanto vtilius censeri possit. Uti gēme / Lapilliq; que tam et si parua magnis rebus antecellunt. Opusculo autem nomen Parabole est. per figuras.n. et similitudines docet nos vitia vitare. Scelera fugere. virtutes amplecti. quod dicēdi genus a Syris & a Palestinis auctore hieronymo vsurpatum ipse testatur. Presertim vero a seruatore nostro / dum in humanis ageret. Quare he qdem Parabole non solum legende / sed ediscende sunt. Ille.n.in vite institutione se profecisse deniq; sciat / cui Marulus valde placebit. in ipso. nāq; summa elegantia summa eruditio / summa deniq; vite integritas extat. Sed quis est / qui eius diuini ingenij solertiam in his Parabolis fingendis non admiretur? His figuris animus alicitur & legendi voluptate ipsa detinetur: perinde ac floribus suauissimis capiatur. Feliciorem quidem hanc nostram etatem tanto viro dixerim. Qui huius seculi turbulētissimo tempore sidus fulgentissimum / Ducē / & Rectorem: Portūq; tutissimum se nobis prebet. Nulū igit diem sine Maruli lectiōe (si me audies) duxeris / qui si legatur assidue plurimum conferet. Habes.n. opus variū. Elegans. Tersum. Sit itaq; Marulus tibi in itinere comes. Sit domi domesticus. Ad hunc & matutino & vespertino tempore: immo & Meridianis horis / eq; ac Arce silas ad Homerū accedas. Nūq; e manibus excidat. quādo & ad animū formandum / & vitā

instruendam sit accomodatissimus. Si quidem non tantum oblectabit / verum & prudentiorē reddet. Elaborauit p̄terea franciscus lucēsis magnopere vt opus hoc emendatissimum in publicum exiret / parua hac forma excusum ad commodiorem vsum. Qui cotidie doctissimorum amicitiam querit / vt ab illis libros exigat / quos postea ad mortaliū vtilitatem typis suis excudat. Mira quidem / & salutifera vtriusq̄ cura / diligētia. Legas igit iterum / atq̄ iterum Luculentissimas Maruli Parabolas / Que nō minus frugifere / q̄ Iucunde tibi erunt. Cuius assidua lectione doctrina fiat cumulatior / Mens sanctior / vita melior. Sed ne longior sit actus ipsa fabula / iam ipsum Marulū lege.

Franciscus Lucensis lectori
Felicitatem

Pollicitus fueram lector candidissime post Maruli euägelistarium opus/eiusdem elegantissimum de imitatione Christi excusum emittere. verum dum He Parabole in manus venissent / qm̄ breue ad modum opusculum erat/ eas imprimēdas curaui/ ne situ diuturno obrute amplius delitescerent vtq3 efflagitationibus pene quotidianis amicorum acqescerez: cum z iucunditatis plurimū habeant z fructus. Nihil eni eque animū oblectat/ q̄3 res noua aliqua fictione concinate/ Nihil etiam equi prodest mortalibus/ q̄3 optima consilia/ q̄3 sanctissimi monitus. Quonia3 igit vtilissimas expertus sum/ Typis nostris excusi. Adde q̄ adeo breues sunt/ vt intra manū facile lateant. quas tibi gratissimas fore non vereor. Que autē errata impressorum in curia deprehendimus/ ea collato ipsius Maruli Archetypo in fine annotauim⁹. Tu qdcūq3 boni est consulito. vale. z opus de Imitatione christi expecta. Non fallam expectationem tuam.

Venetijs industria francisci lucensis sacer dotis optimi/in edib⁹
Petri Liechtenstein. impressor diligētissimi.
M.D.xvij.
Die.xviij.Mensis februarij.

Cautum ne qs impune Opusculū hoc imprimat.

Ea que recognito volumine errata deprehendimus: sic emendanda sunt.

Folio.2.a frõte linea.21.prebecule ꝑ plebecule.li.25 vērer ꝑ vererer.fol.3.afron.li.19.lugenad.ꝑ lugēda. fo.4.a tergo li.28.induct⁹ ꝑ indut⁹.fo.5.a ter.li.3.imbecilles ꝑ imbeciles.ī eadē li. snb leuati ꝑ subleuati.li.6.christū iustū ꝑ christū. Iustum li.13.penitet scriptū ꝑ ponitet.scriptū.fo.6.a ter.ad li.9.ponat ℭ qđ est ad li.11.li.26.sibi ꝓderūt ꝑ tibi ꝓderunt.fo:7.afrō.li.3. desiderabat ꝑ desyderabat fo.8.afrō.li.4.dyaboli ꝑ diaboli.li.7.delitijs ꝑ delicijs.⁊ desidera ꝑ desydera.fo.9. afrō.ad li.2.ponat postilla matth.xj.a ter.li.17.deleret ꝑ doleret.⁊ li.29.respūderūt ꝑ respōderūt.fo.14.afron ad li.33.ponat postilla.iij.fo.15.a tergo li.8.duidā ꝑ quidā.fo.16.a ter.ad li.10.postilla scđa.iiij.ꝑ scđa.iij. fo.17.a frō.li.3.vetitas ꝑ vetita.li.4.quod suo ꝑ quid seruo.li.32.dictū est.ꝑ dictū est.fo.19.a frō.li.2.ꝯsyderāt⁹ ꝑ cōsyderāt.li.16.⁊ asseris ꝑ a feris.fo:21.a fron. li.12.auctori ꝑ autori.fo.27.a frō.li 8.desiderabūt pro desyderabūt.fo.29.a frō.li,20,debachabit ꝑ debacchabitur.fo.30.a ter.li.8.curadiligen.ꝑ cura ⁊ diligē.

